dus vero odor et contrarius facit horum contra
rium. Et oppositio quidem redolencium calidorum
aut frigidorum commensuranda est medicinarum
obiectionibus et earum equidistanciis. Auxi
liantur ad hoc nobis res in emendatione
secundum dictam saporis considerate que sunt sa
por acutus salsus dulcis unctuosus insi-
pidus acetosus stipticus frangunt enim quod
timetur ex multiformibus medicinarum exces
sibus. Res enim acuta adiuuat in ter
minando et resoluendo quod de ventositate per
medicinas acquiritur et hac intentione species
acute halenfangine miscentur eis subtiliat
enim et resoluit ventositates sicut recte et
prope daucus et piper longum et feni mis
centur scamonee et fenuclum et amisum po
lipodio et similia Et plurimum adiuuat
in scindendo corpus humoris grossi et vis
cosi et feliciat ad expellendum id quod forte
non poterat operari medicina sicut qui squil
lam yeris magnis admiscuit recte ope
ratus est ut ex hoc minus difficilius eradi
cationis euacuet. Et plurimum res acuta
preparat ut a remotioribus medicina tra
hit sicut propter in pillis fetidis capsia et
piper in yeris. Et plurimum medicinam tarde
operationis aut debilis facilem reddit et
festinare facit. Hiis enim intencionibus felici
tatur virtus turbit per mixtionem cum zinzibere zz et
cum hermodactil raphani et cum cartamo
cordumeni. Res non necessario congelatio
nis remouet opillationes aperit et acquirit
medicinis virtutem facilem penetrandi corporibus
per se non facerent illud sicut cordumeni et scor
deon in magnis medicis et durezetica a
cuta in eis similiter. Res autem amara

adiuuat in resoluendo et est de bonis mis-
cibilibus cum medicina que soluit acuitatem
Et enim opponit sibi ex parte substanciarum et exprimunt
sepe et cum hoc sibi inuicem in sol-
uendo iuuant et propter hoc subtiliter operatus
est qui scamonee aloe miscuit nam sese
rectificant in idipsum Et adiuuat etiam res a-
mara in confortando stomachum et uento-
sitatem terminando. Acquirit enim medicinis
esse preseruatiuas a putrefactione ymo remo-
uet eam uirtute et confortat corpus. Res
uero salsa omni debiliter et tarde soluen-
tium confortatiua est et propter hoc prudenter
operatus est qui sal gemme cum agarico dedit
aut per unsceum aut alias species salis et similiter
cum epithimo et cum aliis multis uigorant
enim operationem ipsarum et facilitant licet acqui-
rere faciant huiusmodi exsiccacionem et eadem
in sitim et in quibusdam conturbacionem fa-
ciunt et in quibusdam sedant. Et res qui-
dem salsa uiscositatem dissoluit et acquirit me-
dicinis subtilitatem et facilitatem et esse in-
cisiuas nec non preseruatiuas a putrefactione
ymo remouet eam et exsiccat superfluitates
submersas et imbibitas et incidit adheren-
tes et uiscosas et grossas et hec est proprie-
tas eius et remouet oppillaciones. Res
quoque unctuosa adiuuat in lubricum facien-
do lubricam uero magis lubricam reddit ad
herentem uero uel aptam adherere similiter lubri-
care facit acuitatem frangit et serositatem
et asperitatem lenit. Medicine quoque tarde
operacionis habilitatem acquirit faciens cito
descendere corporis in quibusdam sit ex facien-
tibus nauseam et debilitatibus stomachum
Res autem dulcis medicinas delectabiles
facit esse et est sicut fundamentum et ma-
terium miscibilium et facit medicinas esse lax-
atiuas abstersiuas et mundificatiuas hor-
ribilitatem quoque medicinarum remouet et
conturbacionem sedat acuitatem uero et sero-
sitatem frangit et medicinam tarde opera-
cionis confortat et adherenciam remouet
et lubricantem facit corpus quoque confortat
licet in quibusdam inflamacionem et ue-
tositatem generet. Insipida uero res adiu-
uat in lubricum faciendo et extinguendo
inflamacionem et surgendo acuitatem
et remouendo serositatem et mordicacionem
Res quoque acetosa adiuuat in inciden-
do et cum hoc etiam frangit inflamacionem
medicine et sedat medicine mordicacionem
et acuitatem et facit eam acquirere subtilitatem
et penetracionem et sedat conturbacionem
et nauseam et confortat stomachum cale-
et corpus et sedat inflamacionem cordis
per medicinam acquisitam. Res uero stipti-
ca medicinarum omnium uirtutes et operaciones
facilitat feliciter confortat enim cor et stomachum
et corpus et sedat animam a subuersione et
nausea acuitatem frangit et inflamacio-
nem et opponitur medicine cuius proprietas
est aperire uenas apercione sanguinem mana-
re faciente et excoriare uiscera et ei que
est superflue attractionis et ei que in uis-
ceribus lenitatem multiplicat. Et est de
melioribus cum medicina que soluit cum acui-
tate. Et hoc tribus modis primo quia
opponitur ex parte substanciarum et secundum aliquid
ex parte qualitatum frangit enim res stipti-
ca acuitatem sicut diximus et inflamacio-
nem propter quod uniuersitatores laudauerunt scamo-
neam que assatur in citonio et commixtorum
ex eis. 2° quia ex commixtione eius fit con-
pressio et facilior a corpore medicine expulsio
propter quod uniuersitauerunt effectum scamonee
qui eam cum mirabolanis miscuerunt. 3° quia
non fit impressio nocumentorum cordi nec
membris interioribus ex admixtione stipticorum
cum medicina sicut superius diximus. Et uni-
uersaliter quod omnibus medicinis associata
earum operaciones incolumitat. Et res qui-
dem dulcis omnibus medicinis preterquam salsis
iuuamentum prestat. Et unctuosi quidem
cum acuto bona est per mixcionem et cum amaro
et omni que serositatem facit et excoriacio-
nem et que non facile lubricat et que mor-
dicacionem generat. Inutiliter uero cum
re dulci et re insipida sed cum re aceto-
sa est promior ad uomitum et subuersionem
Rei autem acetose cum acuta medicina
utilis est per mixcionem et cum dulci et omni re
inflamabili et mordicatiua. Inutilis uero
est cum amara et salsa et stiptica et ex-
coriatiua et serosa uel corrosiua. Rei
uero insipide cum acuta et amara et sal-
sa utilis est per mixcionem et cum serosa et exco-
riatiua et inflamatiua et mordica-
tiua. Inutilis uero est cum stiptica. Rei
quoque salse cum acuta et amara et dulci
et unctuosa inutilis est per mixcionem nisi cum
hiis proprie quorum operacio est debilis. Indi-
get tamen confortacione. Sit enim acutum
et salsum confortatiua omnium debiliter
et tarde soluencium. Rei autem amare
et acute secundum quod utilis est per mixcionem. Inutilis
autem cum re salsa et omni re faciente exco-
riacionem et serositatem et exsiccacionem
Sunt etiam ex rebus que secundum contrarietates
substanciarum adiuuant ad remouendam maliciam

medicine sicut res conglutinatiue et ha-
bentes uiscositatem. Hec enim opponuntur medicinis
quarum proprietas est excoriare uiscera
et aperire venarum orificia: sic recte mis-
ceri dicimus dragagantum aut masticem
aut bdelium cum aloe et colloquintida et cu-
cumere asinino et aliis | Et dixit qui-
dam quod laudanum ad ista est mirabile et
propter permixtum cum colloquintida et pauco
oleo rosarum et alii inuenerunt alia sic
in particularibus dicemus **Capitulum
quartum de proporcione medicinarum
sibi inuicem miscendarum**

Inquit Johannes modum et propor-
cionem attendere oportet in per-
mixtione sibi inuicem rerum que-
rum possit rememoratio ut consoletur
medicine ex diuersis proprietatibus singu-
libus una uirtute. Et erit intencio nostra
hec comprehendens exigentiam quantitatum
medicinarum solutiuarum in comparatione uni-
us ad alteram per considerationem propri-
etatum tantum. Quo autem consolentur me-
dicine per comprehensionem exigentie quan-
titatum qualitatum earum lege librum alsie-
nis et alkindi et inuenies | Conside-
racio autem quam breuiter hic intendimus
sit hoc modo Omnis medicina solutionem
faciens aut est fortis uirtutis aut debilis
aut mediocris. Voco autem uirtutem posse
medicine quam in pressione efficit in corpo-
ribus nostris Et posse quidem huius forte
est sicut diximus in medicinis multe acu-
itatis sicut est scamonea euforbium aime-
zereon et silia Debile uero sicut in eis
que ad latus declinat in columnum sicut
sunt medicine dulces sicut sunt viol. cassie fi-
stularum tamarindi et similia | Mediocre autem
posse est in eis que sunt debilis acuitatis
et debilis amaritudinis et que sunt inter
illas inter quas etiam sunt gradus et ele-
uaciones in bonitate et malignitate plus
et minus | Adhuc autem omnis res que est
sicut bezahar in emendatione medici-
narum solutionem facientium aut est magni
iuuamenti aut parui aut mediocris. Voco
autem iuuamenti esse illud quod medicine so-
lutiue obicitur aut quo uirtus corporis regi-
tur aut mala complexio remouetur | At
magni iuuamenti rem dico in qua in-
tentiones omnes aggregantur quas dixi
cum hoc etiam quod potest efficere inmutatum nostri
corporis sicut res dulcis | Parui autem
iuuamenti rem dico in qua una uel duas
ex intentionibus quas dixi inuenies preter
hoc quod possit esse inmutatum nostri corporis quod
est ad alterandum et permutandum tantum sicut res
acuta res salsa res amara stiptica et simi-
lia | Et voco rem mediocris iuuamenti in
qua plures ex intencionibus predictis inue-
nies: cum hoc etiam quod secundum aliquid potest fieri
inmutatum nostri corporis sicut res unctuosa
in stipida aut res in qua simul dulcedinem
et ponticitatem est inuenire sicut sunt
dactili et citonia aut dulcedinem cum acu-
mine sicut mel. Aut dulcedinem cum aceto-
sitate sicut mirta uel muza. aut dulcedi-
nem cum insipiditate sicut poma | Pone
ergo sic quoniam oportet medicinam fortis uir-
tutis aliquando misceri rei magni iuuamen-
ti: et uia intrat est post pacem omnium proprietatum
ad huc medicinis proportionum ad concordiam con-
solare. hoc modo expedit enim augmentare
eam que est magni iuuamenti propter benefici-
um quod de ea creditur et minuimus eam que
est fortis uirtutis timentes lesionem in corpus
propter fortitudinem impressionis ipsius | Erit ergo
sic quod rem magni iuuamenti augmentabimus
medicinam autem fortis uirtutis minuemus
Et hoc etiam democritus voluit cum dixit
oportet autem ut medicinam fortem debilem
facias: quod est quia medicina consolata con-
cordanciis et proporcionibus est in columior
sicut eciam non consolata iniquior | Verum
si iungenda est medicina fortis uirtutis rei
parui iuuamenti minuemus medicinam fortis
uirtutis propter illud quod diximus et rem parui
iuuamenti minuemus similiter quia non acqui-
ritur per eam nisi intencio una et est altera-
tio uel permutatio | At si iungenda est me-
dicina debilis uirtutis rei magni iuuame-
ti augmentabimus medicinam debilis
uirtutis non timentes de impressione eius in cor-
pus immo oportet quod uirtus eius per subad-
dicionem in quantitate ipsius uigoretur si-
cut ad hoc dixit democritus. Medicinam autem
debilem in quanto forte facias et post hoc
augmentabimus rem magni iuuamenti per
illud quod dixi | Si autem iungenda est res pau-
ci iuuamenti medicine debilis uirtutis aug-
mentabimus medicinam debilis uirtutis propter illud
quod diximus et minuemus rem parui iuua-
menti propter illud quod diximus | Et hoc est
illud quod inuenitur de proporcionibus scire oportet
alii autem dicunt alias secundum diuersas intentiones

(margin: rei magni iuuamenti augmentabimus medicina debilis uirtutis)

**Capitulum primum summe 2e de modis recti-
ficacionum medicinarum cum beneficio
artis et primo de modis coctionum**

Inquit Johannes dispositiones acquisite
per artem reprimunt maliciam medicinarum

solutionem facientium. Auxiliatur enim ars nobis quatuor modis aut decoquendo aut lavando aut fundendo aut triturando. Et dico quod decoctio alia est que est sicut elixatio alia que est sicut assatio. Elixatio autem adiuvat in resolvendo humiditate superflua medicine et maturando et terminando ventositate grossa aut mordicativa faciente subversionem et nauseam et motus laboriosos in corpore frangitque acuitatem et excessum serositatis et excoriationis et propter hoc laudatur scamonea cocta in citonio aut pomo deinde in vase vitreo cum succo rosarum et oleo amigdalarum amararum sicut dixi iam. Et excessus etiam attractionis superflue et iniquitatis reprimitur etiam elixatione sicut decoquimus aliquando aliquid horum de quorum malitia formidatur in coniunctione rei alterius et remanet virtus eius in illa re fracta sic ubi gratia fusimus radicem ellebori in radice rapham et post coctionem eius in cinere comprimamus elleborum habentem virtutem ellebori repressam. Et decoquimus scamoneam in rob et syrupis et comprimamus rob et syrupum habentes virtutem scamonee. Et hoc est illud quod vocant philosophi separatione rei secundum speciem a re que est secundum materiam. Amplius autem medicinarum multarum reprimemus malitias de quoquendo eas in succis et aquis herbarum et seminum et rerum aliarum ut suscipiant permutationem a virtutibus earum. Verum tibi super est scire medicinas que debilem coctionem suscipiunt aut fortem. Omne enim quorum virtus facile resolvitur aut sunt debilis texture aut habent virtutem positam in superficie debili coctione indigent. superflua enim resolvit virtutem sicut viole proprie et sena immo tapsilli veneris epithimum et universaliter omnes flores et folia et que contrario modo se habent contrarie et que medio modo medio tenentur. Et omnia que acumen habent decocta sunt minora decoctio enim frangit virtutem earum: nisi forsitan sit virtus aliquis posita in superficie aut debilis. Et omnia que sunt grosse substantie coctio acquirit eis facilitatem. Et omnis medicina cocta secundum artem et legem secundum plurimum est facilior. Verum neque per decoctionem fit iuvamentum in hiis que solvunt lubrificando et faciendo lubricum de quo sit valde curandum. Et quando permiscentur medicine diversarum intentionum et quis exeis virtutem composita: decoctio facit meliore modum per mixtionis ut ex summa earum resultat virtus in sita faciens operatione coniunctam et si sit una ex eis debilior quam alteram oportet ut gradatio fiat in decoctione earum plus vel minus sic dictum est. Et decoctio quidem impetuosa inflamativa resolvit virtutem medicine quare tua intentio est decoquere commensurando calorem et proportionando illum substantiis rerum et virtutibus debilibus et fortibus. Assationis autem et frixionis in patella officium quinque est addere in virtute medicine sicut assatur squilla et fit magis solutiva et quinque imminuere in virtute sicut ubi gratia assatur psilium et fit eius humiditas minus lubrica et minus solvens. Et assantur plurima ut minora fiant. Et quinque per assatione una duarum virtutum reprimitur et vigoratur altera ubi gratia sicut in mirabolanis et reubarbaro est virtus solutionem faciens et vigoratur virtus eorum faciens constrictione in eorum vero assatione minoratur virtus faciens solutionem et vigoratur virtus eorum faciens constrictionem. Et in behen est virtus vomica et virtus educens per ventrem. Dum autem assatur minoratur eius humiditas superflua bauracchia faciens submersionem et nauseam et remanet ei virtus solutionem faciens.

Capitulum secundum de modis lavationis

Diximus quod per modos lavationis multiplex acquiritur medicaminis bonitas. Interdum enim per lavationem removetur superfluitas acuminis alicuius medicine sic quando lavatur semen urtice cum aqua aut mucillagine dragaganti: ne gutur et partes per quas transit adurat. Et sic lavatur sal napticus cum aqua cucurbite aut consili hac intentione. Et quinque lavatur medicina ut abscendatur ab ea altera virtutum suarum et propter malignior detetur et remaneat ei melior operationum suarum et in colubior sicut propter lavamus lapidem lazuli et lapidem armenum ut solvant per ventrem tantum et sine molestia vel angustia. Non loti vero etiam per vomitum et per ventrem solvunt etiam cum angustia vel molestia: sic etiam lavamus laccam ut sit minus solutiva et remaneat ei ut sit opillationum apertiva. Et lavamus etiam aloem non lotum enim magis laxat et minus confortat membra interiora. lotus vero facit contrarium. Et sunt medicine que virtute habent positam in superficie que si laventur tollitur sicut taraxicon

Nota medicinas que facilem aut fortem coctionem suscipiunt

et endiuia et rosa et similia. Et quandoque lauam[us] ubi oportet abstergere partes immundas. et quandoque lauamus aliquid ut magnificetur eius virtus sicut lauamus aloe cum aqua specierum aromaticarum ut magis confortetur et lauatur cum aqua rerum solucionem multiplicantium sicut turbit et agaricum et silium et lauatur cum aqua bdelii aut dragaganti ut non imprimat lesionem apertionis venarum apertione qua fluat sanguis. Et scire oportet quod res de lauacionibus subtrahunt quantum virtus eius patitur plus vel minus. Capitulum tercium de rectificacione medicinarum cum modis infusionum

Inquit eben mesue acquiritur bonitas medicinis per infusionem quandoque enim res necessitatur dispositionem per illam quandoque derelinquit eam in re in qua infunditur. Acquirit autem res disposicionem per infusionem nam quandoque reprimitur aliquid de malicia sua sicut verbi gratia abscinditur superficies superfluitas acuitas et serositatis ab almezereon et alscebra ex eorum effusione in aceto sicut turbit infusum in lacte impinguatur mulso et exiccatum rectificatur ab eo et absciditur esse conturbatiuum. Et quandoque infusio addit in virtute medicine sicut infunditur turbit in succo cucumeris asini et magnificatur virtus eius in educendo materias a remotis et infunditur hermodactili in aceto squille aut succo eius aut succo raphani et acquirit eis virtus magna in incisiuis. et infunditur agaricus in sectamabin et fit ingrosior. Et quandoque facit infusio materias esse lubricam sicut quando imbibitur tollognitida et propter interius eius in glutino dragaganti et faciat ne adhereat villis. sed pertranseat et non noceat ano et venis et sicut infunditur scamonea in oleo viol et similia. Relinquit autem dispositio rei per infusionem res in rem qua infunditur quoniam humiditatem habentes recipiunt virtutem rei submerse in ipsis sicut verbi gratia infunditur aloe in quibusdam succis acquirentibus post illud virtutem aloes et propinatur illa infusio Et fit illud propter multas utilitates aut ut rei virtus facilius penetret ad partes longinquas sicut infusio aloes in aquis specierum elefang' aut ut mitior fiat sicut infunditur scamonea ligata in panno in coctione alicuius rob aut sorupi aut ut seperetur proprietas a proprietate sicut in infusione reubarbari et mirabolanorum indorum. separatur enim virtus faciens solucionem ab eis et cadit in infusione remanente re costrictione faciente in residuo. Et quandoque non tantum virtus et proprietas cadit in infusione sed etiam aliquid rei corpulencia sicut patet in infusione cassiefistule et tamarindi Capitulum iiij de rectificacione medicinarum cum modis trituracionis Rubrica

Trituracio autem multum confert ad hoc quod intendis de rectificacione medicinarum. Sunt enim quedam in quibus non oportet ut multa elaboret trituracione. Et sunt in quibus multa necessaria est trituracio et sunt in quibus mediocris. Et tibi super est scire quod dictum est quoniam sunt quedam quorum virtus cito tollitur aut sunt debilis texture et non hec multa indigent trituracione sicut scamonea anthiocena bona. verum in grossa expedit ut plus in trituracione insistas. Omnia enim quanto plus vel minus subtiliora vel grossiora sunt tanto plus vel minus opere trituracionis indigent. Officii autem trituracionis necessitas triplex est aut enim ut multorum insensibilium melior in unum fiat sigillatio. aut ut medicinis aliqua propetas acquiratur. aut ut in eis aliqua malicia reprimatur. Exemplum primi est trituracio tyriace et aliarum medicinarum Exemplum secundi Inquit gal institi in ultimo pulverizando cyminum et cum esset non solutiuum factum est urine prouocatiuum Ego autem dico quod aliquando aliquid acutorum solucionemque facientium ultime pulverizatum acquirit proprietatem post illud ut fiat penetrans magis et repat in alias partes in quas non poterat prius et prouocet per illas. Exemplum 3m inquit filius sapientis oportet ut tollognitida et propter intus eius ultime pulverizetur Et nec sit contentus aliquis in sufficiencia trituracionis eius. pars enim sensata ex ea adheret in villis stomaci. et in voluminibus intestinorum. Et ex ea quod invenit humiditate imbibita inflatur et apostemat et ulcerat loca. trita vero ultima trituracione non operatur. Ranced sem non hz contrarium huius quod diximus de scamonea quod enim ex eo puri est et subtilius est melius et bene tritum uigorosius rarum vero et lassum multum redactum in puluere non retinet de virtute aliquid de quo sit curandum

Evacuacio aut omnis qualiscumque sit opor-
tet ut fiat cum facilitate et commensuretur
substancijs terendorum. laboriosa vero dissolvit
virtutem **Tercia intencio est sermo-
nis de emendacione nocumentorum
redundancium hora purgacionis factarum**

Obviandum est post ista malis
accidentibus que superveniunt
in haustu medicine. Et sunt
accidencia terroris et timoris et alienamen-
tum et materia et causa egritudinum mul-
tarum et senij et mortis tempestive.
Et sunt hec aut quia movet et non ex-
pellit. aut quia indebite et laboriose
solvit. aut quia solvit ultra quam oportet
et ultra necessitatis indigenciam ymmo
est consequens ultimitatem: quorum quidem
est eventus tribus ex causis contingit
Vel propter inconveniencia que est ex parte
medicine: vel propter inconvenienciam que
est ex parte suscipientis: vel ex parte inconveni-
enciam accidencium supervenencium utrisque
Et tibi super est illud scire. commensura-
cio in omnibus istis est causarum grandi-
um que corpus in columem reddunt Et
tibi adhuc super est scire illud In conveni-
encia aut que est ex parte medicine est aut
quia est ex genere malignarum: aut si non
est talis non est forsitan cum condicionibus
et proporcionibus artificialibus quarum
rememorati sumus Et tibi super est vita-
re vitandas in quibus neque ars neque ali-
quid aliud auxiliatur. et in non vitandis
observare condiciones et proporcionem mos
Ex parte aut suscipientis error supervenit
aut quia est earum qui prohibentur a fur-
macia. aut si preparamenta ad eum non processe-
runt que secundum veritatem corpus a pena se-
curum reddunt Et sunt proprie ad equacionem
evacuande materie et canalium et ductuum
necessariorum preparacio et facilis nature obe-
dien et consuetudo lenitatis Ex parte
aut accidencium forinsecorum error supervenit
sicut in malo regimine quod fit ex usu sex
rerum non naturalium quas scis **Capitulum primum**

Si movet in corpore et non evacuat

Afferamus hic igitur sermones expo-
nentes unamquamque harum divi-
sionum Et primo si medicina
solucionem non fecerit aut fecerit tardam.
et tunc fit illud. aut propter debilitatem virtutis
non valentis operari in medicinam quia
nequit ea in ipam Aut propter ventositatem
grossam sublevatem corpus medicine.
Aut conculcante in occultis concavitatibus
et poris et fit causa ad febres putrefac-
cionum et sincopim et mortem festinam: Aut
quia expulsiva debilitatur aut propter opi-
lacionem et constipacionem in vijs et ca-
nalibus expulsionis. Aut propter inobedienciam
materie ad expulsionem quare fit commocio
et agitacio in ea et non expellitur ymmo
dilatatur et multiplicatur in corpus. Aut
quia medicina est debilis in se et remis-
sa in operacione sua. Et tibi super est
ista comprehendere et corrigere secundum meliorem
possibilitatis modum. Nam si hoc fuerit
propter debilitatem nature et huius signum est res
que cadit in sensum sicut convalescencia
aut aliquid simile Et si fuerint medi-
cine earum que faciunt suam operacionem
labificando vel lubricum faciendo exhibito
rei cibalis confortatis illico et vigora-
tis naturam post potum aque non veri fri-
goris medicinam in suo effectu adiuvat
Si aut causa huius fuerit ventositas
aut qualitas mala significatur ex ventosi-
tatis vestigijs que processerunt aut male
complexionis similis vel diverse Et cura
est ut clisteribus aut vomitu expellatur
deinde reddi ad ea que ventositatis disso-
lucionem aut male qualitatis permutacio-
nem faciat ex eis que scis Si autem
expulsiva debilitatur aut medicina est
debilis in operacione sua et remissa damus
aquam frigidam non veri frigoris et post
horas res ponticas compressivas: sicut
citonia pira et silia. hec enim medicinam
cum virtute ad inferiora deponit Si aut
propter constipacionem in vijs et canalibus hoc
contingerit clisteria secundum quod exigit dispo-
sicio sunt melior cura et omne quod removet
constipacionem ex eis que diximus. Si
aut eciam cum hijs solucionem non fecerit non
timetur per eam lesio de qua sit curandum
valde Si aut fuerit medicina earum
que solvunt comprimendo voluerunt quidam ex pri-
oribus si solucionem non fecerit ut super
eam detur aqua frigida que lubricare
et descendere facit acquirendo gravitatem
ei quam citius descendit Sed erraverunt
illud simpliciter asserentes quoniam fiat illud
liberis habentibus corporis ductus In ha-
bentibus tamen opilacionem et angusta-
cionem in anfractu concavitatibus intestinorum
acquiritur ex hoc maior coangustacio quare
in hijs est prohibenda Et tibi super est dis-
cernere illud. Dabimus igitur aquam tepidam
et quoniam lubricare facit et quia per eam non
timebimus illud Et dicemus quod omnis

medicina copressiua qualiscumque sit si non soluit timetur super eam lesio et propter quam facit possidere membrum anfractuosum anfractuosorum ductuum et maruum subtilium ¶ Conabimur igitur ipsam expellere nunc cum rebus ad inferiora ipsam lubricatam facientibus ex eis quas diximus nunc cum rebus ipsam ad inferiora trahentibus ex eis etiam quas diximus ¶ Verum si medicina fuerit earum que faciunt suam operacionem dissoluendo et fuerit earum in quas non est aproximandum et solucionem non fecerit et angustiam generet et estuacionem et motum qui est sicut motus spasmatorum cum extensione et retractione corporis et faciat motus laboriosus in vniuersum corpus et dolorem capitis et scotomiam et dolorem oculorum ita ut uideantur quasi expelli et morsum cordis et prouocatione in quibusdam ¶ festinandum igitur tunc ut cito ex corpore expellatur quanto citius poterit et hoc vomitu vel purgacionibus cum rebus incitantibus illa virtute qua melior expulsio ¶ Et si fuerit ad superiora motus eius compescatur et ad inferiora trahatur cum clisteribus et si necesse fuerit forte attractionis. Et dixit Ruffus quoniam multorum talium reprimuntur malicia potu aque frigide vehementer et sessione in ea propterea quod frangit acuitatem ¶ Omnia enim que acuitatem frangunt et inflamacionem remouent et furiositatem ex eis que diximus et que dicemus ad hoc conferunt. et similiter tyriace species sicut iam diximus in premissis capitulis ¶ At si medicina est earum que conceduntur et solucionem non fecerit sed fecerit angustiam et mordicacionem in uentre generabitque estuacionem in corpore et in capite dolorem vertiginosum cum scothomia et in oculis tenebrositatem et alices et ossitaciones. festinabimus succurrere cum collirijs et clisteribus trahentibus eam ad inferiora. Post administracionem rerum conpressiuarum deponentium eam sicut sunt citonia mastix et similia plurima enim talium materiam ad inferiora expellunt cum virtute. Si autem talia non profuerunt et accidencia mala multiplicantur et materia leuigata fertur sursum necessaria erit flobotomia tunc et propterea de basilica et postea de saphena est enim virtuosa ad hoc Verum in hys omnibus confide et expecta beneficia magis et clistrijs et propterea secundum quod exigit disposicio. hec enim a magnis terroribus securos faciunt ¶ Vomitus autem magis prouocandi sunt quando farmacia cordis generat morsum et nauseam et est de genere stragulam,

et facit singultum prouocatiuum caude tunc super vomitum et ne contempnas clisterium sed fiducialiter confide de illis. et proprie quando circa ventrem angustiam generat medicina aut in precordiis aut torsionem ventris et estuacionem fecerit

Capitulum secundum si medicina indebite et laboriose soluit

Medicinam indebite et laboriose soluere diximus quod soluit sed non quod oportet et que laboriosas generat motos sicut subuersionem et vomitum et tortuaciones et estuaciones Verum si soluerit sed non quod oportet sed tantum corruptum et inpurum iteracio solucionis est necessaria ut educatur hec eadem materia quam soluere intendebas: alioquin dilatabitur et multiplicatur in corpore propter agitacionem in eo factam et commocionem et conuersionem medicinam aliarum ad illam sicut in subuersionibus lacunarum sepe videmus quando aggregatur ad illam ex diuersis refluxibus pura et inpura totum in fine fit inpurum Si autem bonum et non corruptum ducat humorem estuacionem in corpore generat. Nam si medicina superfluitates euacuat non erit cum ea estuacio cum autem quando eam supersit estuabit et uexabitur et debilitabitur debilitacione superflua cito quoniam euacuantur necessarium quod natura repugnat expellere ¶ festinandum igitur tunc talem medicinam a corpore expellere illico et eius vires frangere Et illud quod aggregat has duas intenciones est potus aque calide ex qua hora post horam bibat Eius autem potus medicinam cito lubricatam facit et ipsius virtutem frangit ¶ Et nos plenam tradicionem faciemus de rebus hoc facientibus. Vomitus autem et subuersio accidit aut quia medicina de sui natura vomica est aut non vomica. sed alia atque alia faciunt eam vomicam. que sunt autem stomaci debilitas aut multa fecum siccitas et aut canalium angustacio. aut quoniam medicinam abhorret aut quoniam uentositas subleuat illam. Quare si accidit vomitus propter fecum siccitatem aut canalium opillacionem clisteria necessaria sunt et ea que de opillacionem faciunt Si autem usque ad hoc non sufficit melius est ut vomitu expellatur Verum si propter stomaci debilitatem aut propter medicine horribilitatem vomitum accidere timueris hec erit tibi doctrina non enim illico cum quis eam sumpserit se mouere presumat sed diu super eam quiescat: non tamen a motibus corporis sed etiam animalibus in quantum possibile est usque adeo donec eam natura circundat et in eam operetur: nisi enim natura in ipsam operata fuerit ipsa non operabitur in naturam ¶ Tunc autem

bene redolencia ex floribus et plātis et
alys et opponāt' qualia sunt menta et sa-
sucus et maiorana et folia citri et fructus
eius et apiū et absinthiū et ro et citonia
et maciana et bolus armenus aspersus a
ceto et aqua ros et lutū quo linit' mix
tū ros recētibus et aqua ros ¶ Fricacio
aūt extremitatū est etiā ex eis que eos iu
uant et constrictio earū dolorosa Interdū
aūt manus et pedes in aqua calida uē
mordicacōis ponē est ex eis simili que
ad hoc iuuāt Sup medicina aūt stipti
ca mordeāt et bibant quasi lambendo et
facies eor aqua ros roretur et proprie
cū incipit mouei nausea uł aqua redolen
ciū aliquor aspersione subtili gaudiū et
sollicitudines deliciar sił liberat a uomitu
Cum aūt ipar aie sedate fuerit ambu
lent et moueāt' paulati ¶ Est eni motus
hic innatus qm hoc est illud quod ypocras
docuit ¶ Accidūt aut torcōnes ex potu medi
cine aut quia pūgit et ledit stōm et ptes
p quas trāsit aut quia ūtus attractionis
multiplicat' in ea boni sił et malū trahēs
humorem aut quia facit acquirē cōplexiōis
maliciā in mebris p que trāsit ꝑp qd festi
nabimus frangē et debilitare uirtutē eius
ut cito a corpe expellat' sicut supius dic
tū est et sicut dicemus iam Capitulū iij

Si medicina si mē soluat ult q3 oz.

In amico supfluit ultra q3 oportet
ex potu medicine tribus ex causis
Quādoq3 eni in causa est disposicō
et condicō medicīe : quīq3 disposicō suscipientis
eam · quīq3 disposicō rerū utrisq3 sup ueni
enciū ¶ Et disposicōne aut suscipientis
fit illud quia multū habet de matiā iam
posita in necessitate et ad fluxū · aut ꝑpter
uenarū eius debilitatem · aut ꝑp orificior
ipius amplitudinē · aut ꝑp debilitatē mēbror
expulsiōnis ipius · aut quia est eor qui p-
hibent' a farmacia · quos tibi in libro de far-
macys ostendimus ¶ Ex pte aūt disposicōis
farmacie pōt contingē illud · aut quia est
earū que pūgūt orificia uenar et mordicāt
et apiūt aut quia ex ea cōplexiōis malicia
acquirit' corpi · aut quia ex ea aliquid re-
mansit in uillis stomaci aut intestinor aut
ꝑp multitudinē ipius in quātitate sua · aut
ꝑp maliciā in q̄te eius et uenenositate ipius
Et sup est tibi discernē ¶ Res quoq3 que
sunt extra uenientes utrisq3 ad illud etiā
faciūt ¶ Inquit eni gal' disposicō australis
multiplicata apit et rarificat et obedien
ciā facit ad fluxū · borealis uero multiplicā

cōpmendo et expmēdo sił ad fluxū ꝑpat
quādē farmaciā dari prohibet et ꝑprie ꝑpa-
tis ledi ab ipis potus etiā aque frigide mł
te sup eam simił Et uniūsalit quidē omē
malū regimē in sex generibus rerū quas
scis facit simił ¶ Auxiliabimi' g° hys ne
ūtus prosternat' et cadat postq3 sciuerimus
causā fluxus ex testimonio rerū que pces
serunt ¶ Nūc cū eis que ūtutē debilitant
medicīe et frangūt eam que a corpe expel
lunt nō cū eis que canaliū et mēbrorū
expulsiōnis et orificior uenarū ūtutes
coadunāt et ptes eorū constringūt · Nūc
uero cū eis que sedant agitacionē labori-
osam et motus medicinar in corpe · Nūc
quoq3 cū eis que mouēt et cōcitāt me-
dicinā ad cōtrariū fluxū uenitus · Nūc au-
tem cū eis que dilatāt auām et confortāt
cor · Nūc aūt cū hys que ingrossant medi
cinam et cōpūgunt Sit eni agregatibus
omnem intencōnem in cura Canon pīmus

de fractōne malicie medicine que nimis educit post haustum ipius

Si ergo causa huius est ꝑp trāsgres
sionem in medicina ex hys q
dcā sunt frangē ūtutē medi
cine et facē ut cito a corpe expellatur
est melior cura ¶ Citam aūtē expulsio
nem eius a corpōe a tribus fieri uerifica
tores dixerūt scilicet a rebus propē que
ūtutē habent aut lauatiuā aut abstersi
uam aut cōpressiuā ¶ Et ex lauatiuis
quid scimus q' aqua calida frangit et
trāsmutat audaciā medicine et ex eis ē
aqua ordei et mucillago psily et semen
citoniorū ¶ Et ex abstergentibus est
zucarum rubeū cū aqua calida et mel cū
aqua passularū et sccamabin et similia
Et ex cōprimētibus sunt citonia et macia
na pira mastix et mirabol' et similia
Inquit rufus · Iste est audaciā medicine
uolentis expellē et proprie eius tunc diffi
cilis est expulsio ut sup cā et propē cōpri-
mens expulsionem querit aliquē ex mirabol
lanis · bibat s̄m q3 exigit disposicō · et
propē cū cum aqua tepida et olō amig
dalino pauco Et post duas horas aliq
ex cōprimētibus sumat sicut eni ūtus me-
dicine expellit' tota nō dimittens uestigiū
¶ Et dixit gal' uerificat' aquā calidam
ūtutē lauatiuā atq3 mundificatiuā habere
atq3 solutiuā et omniū adherenciā remo-
uere · frigidā uero q3 uillis adheret uiscerū
cōpingere ¶ Dicit Johannius aqua capr
cū melle et pauco sale est mundificatiuum

Lauatiua

Abstersiua

Lactis

bonū expellens omē uestigiū medicine

Canō 2ᵘˢ d' expulsion residue medicine

Vtum autē retente

[D]et membrorum expulsionis coadunamus confortamusque virtutem et propter in retinendo cū rebus bene redolentibus et stipticitatē et constipacōnē facientibus et coangustacōnē pororum ex quibus medicine manant ministrando ea in melioribus modis administracōnū: et etiā per clisteria si oportet et necessitas cogit debē per clisteria adiuuarē ¶ Et res colorum ex qua aggregantur multe ex intencōnibus rememoratis est mastix in eo enī est virtus per quā coadunacōnem faciens et confortacōnē ¶ Inquit enī hamech si tribuatur mastic ʒ ij aut iij cū succo citoniorū expellit virtute sua compressiua residuum medicine deinde constringit. Et si stomacus et venter oleo rosarum calido in quantū pati potuit inungatur deinde pulvis mastic et gallie aut rosarum de super aspergatur in venit mirabilis ¶ Et dixit iterum hamech Rx dragag' assati ʒ iij usque ad iiij et decoque cū lacte dulci et aceto sicut te inuitat necessitas et bibat est enim ad illud mirabile ¶ Et ex eis etiā que expertus sum est ut granorum nasturcii a ʒ ij usque ad aur' ij torrefiant et impinguendo decoquendo cū succo citoniorum aut mirtillorū et propinetur est enim ultimum ad illud et propter si non conteruntur destruit enim uiscositates eorū in coticcōne ¶ Coriandro autem utere quādo queris ingrossacōne materias et comprimere Et luto sigillato et sanguine dra. quādo excoriacōnē credis Et spodio quādo dolores pungitiuos sedarē volueris. Et acacia et sanguine dra. et karabe cū oportet sanguineum fluxum sedare Et succo barbe yrcine quando vene et ducti fundūt mās ad intestina Et adipibus in puncturis in testinorum et morsicacionibus et excoriacoibus eorum. Et mucillagine psilii in expellendo residuū medicine Et rebus narcoticis quādo stupefactio queritur et sompnus et materierū ingrossacio sed hoc in fine rei tātū quando omnia iam nō contulerint in desperacōne et in magnis causis et in curis tmorosis. Matres autem medicinarum aggregantium in se virtutē constipacōnis et coadunacoīs et confortacoīs et retencōnis sunt mastix et rosa et semē eius et r' xiloaloes reubarbarum et balaustia et succo barbe yrcine et gallie et gum̄ et lutū sigillatū et spodiū et grana granatorum et suach et amcos semē

portul' et fructus tamarisci et coriādrū et semē arnoglosse folia ficus et grana mirti symi infusū in aceto et torrefactū et anisū infusū sil' et cortices thuris et coagulū leporis et sandra et grana nasturcii assata et galla et fructus rubii et silia ¶ Et sunt ex compositis quedam quibus uti necesse est et exigit ea huius disposicō sicut est zuccarum rosarum cū mastice et gallia et confectiones ex citoniis facte et alia ¶ Et ex eis que eligimus est electuariū hoc quod est ex intencōne mea quod abscindit fluxū ventris opacōnis catartica cū significacōnibus frigiditatis et confortat uiscera et calefacit ea et uetositates quidem dissoluit et terminat et fluxū quidem et uetositate emorroydarū sistit ¶ Rx ligni aloes spice gallie muscate cipi calamum arōtici an̄ ʒ ij cimi carmeni infusi in aceto die ac nocte et torrefacti ʒ iij semis porri torrefacti ʒ j s' embliccorum infusorū in succo citoniorum et testorum ʒ ij s granorū nasturcii torrefactorum ʒ vi granorum passularum ʒ v granorum mirti tritorum sicut alchohol ʒ xij balaustie coculi ad ustarū thuris fructus thamarisci anisi an̄ ʒ ij s amcos ʒ iij tere omnia sicut alcohol et infundantur in vino odorifero deinde exiccentur et terantur cū aqua citoniorum antiqua aut cū aqua granorum mirti deinde permitte siccari super uase vitreo et iterum terantur et inuoluatur in mica et sit dosis ʒ iij cū syrupo citoniorum aut mirtino ¶ Confectio tirasiorum ex intencōne nostra ultima in intencōne hac quando fluxus est inordinatus Rx balaustiarū corticū glandiū infusorū in aceto et torrefactorum et sumach et granorum mirti et ypoquistados an̄ ʒ ij thuris carmeni gallarum infusarū in aceto et torrefactarum et capitū granatorum fructo tamarisci macis xiloaloes gallie aromatice mastic spice an̄ ʒ j s' acetosi gum boli armenici granorum passularum torrefactorū an̄ ʒ s granorum coriandri infusi in aceto et assati ʒ ij fiat trociscos ʒ j cū vino pontico dosis trociscus unus cum syrupo citoniorum vel aliquo ex rebus stipticis ¶ Electuariū abscindens fluxū opacōnis catartica cū significacōnibus caliditatis Rx granorū mirti tritorum sicut pulvis ʒ xij rosarum spodii sumach sandal' al' et rub' et cit' balaust' gūmi an̄ ʒ j s granorum granatorū acetosorum assatorū ʒ vij coriandri infusi in aceto et assati ʒ iij se acetose se plantag' se rosarum ʒ ij fiat horum omnium confectio bona et frangantur cum succo agreste et exiccentur vel cū succo mirti et aceto deinde inuoluatur cum mica facta ex succo citoniorū et aceto et sit dosis eius ʒ iij cū syrupo

citomoru acetoso ¶ Confectio trociscorum quos composuimus nos quorum iuuamentum est magnificum ad fluxum ueteris et excoriacionem intestinorum. Rx spodii ʒ vii ros et seminis caru. acacie balaustie sanguis draconis an ʒ ii ß. seminis acetose ʒ i ß. berberis tamarindi sumach seminis plantaginis seminis portulace assati an ʒ i et sextam gummi assati ʒ i. fiant trocisci ʒ ß. da cum aqua samch.

¶ Diamac bonum conferens ad fluxum uentris et debilitatem stomaci et epatis et uiscerum sanum et expertum Rx acacie sumach ypoquistidos galle laudani calami aromatici ros et seminis eius sandal' al et rubeorum galliemuscate ramich mastice xiloaloes spice olibani costi mirte cipi absinthii an ʒ ii. fiat eorum tritiuratio bona. Deinde accipe succi ros fol' mirti fol' rubi aque rorum pontici an ʒ i ß. submerge in eis tale factis die ac nocte tortellarum de semi ʒ iii siccorum dactilorum mundorum xii. gummi assati ʒ v. mine uiscose bone ʒ iii fac omnia decoqui lento igne. usque dum mellis spissitudinem habeat post hoc agrega cum puluere rerum suprascriptarum et tere diu in mortario usque dum fiat totum uiscosum deinde lini ex eo super pecia et suffumigetur cum xiloaloes et cum eo epithimetur

¶ Diamac aliud bonum Rx ros et se. caru pulpe sumach sandal' al. et rub spod san draconis. balaustie karabe galle acacie ypoquistidos galliemuscate cortic mandragore capitum gynatorum an ʒ iii. caphore ʒ i et tercia tere et fac puluerem et accipe succi extremitatum uitis ʒ ii. succi agreste ʒ i. succi extremitatum mirti aceti an ʒ i. infunde in eis samch ordei die ac nocte ʒ iii. gummi ʒ v. granorum mirti tritorum sicut alcohol et misce cum eis mine acetose ʒ iii decoque in igne leni usquequo habeat uiscosam spissitudinem. deinde agrega simul cum speciebus in mortario et contunde donec permisceantur et lini ex eo super pecia et suffumigetur cum xiloaloe et epithimetur cum eo qa sanum et expertum est

¶ Clisteria quoque fiant si necessitas ad hoc uocat et exigit dispositio cum rebus que agregant dispositiones quas scis ¶ Clistere iuuatiuum ualde Rx butiri ʒ xxx. san. draconis. ʒ iii. et plus uel minus secundum quod necessitas cogit te ¶ Galeni ad motem Rx karabe ad huste et ablute corralli ad husti acacie ablute gummi arabici spodii ros rub tetrahit an ʒ x. opii ʒ i. mastic ʒ ß. coral ʒ iii. tere et cribella et confice cum mucillagine se. citomoru et fac trociscos ¶ Idem Rx castorei mirre an auri i opii amsi an auri i ß. musgai al ʒ iii. seminis apii ʒ viii tere et confice cum uino et fac pillas ut piper et dentur contra v. cum rob mirti

Canon 3us de cura confusionis ad contrarium fluxus

Conuertimus autem materias ad contrarium fluxus uentris cum balneis et fricationibus et sudorem prouocantibus et cum diureticis et uomitum inducentibus et cum uentosis et ligatione et constrictione extremitatum dolorosa cum omnibus que materiam ad exteriora mouent et faciunt eam diuertere a uiis proprie expulsionis quoniam hec est res magis necessaria ¶ Balnea autem et fricationes in eis sunt ad hoc cura magna et beneficium efficax et speciale et proprie facta ex aquis dulcibus uigoratis cum hiis que poros dilatant et corpus confortant qualia sunt camomilla absinthium sansucus folia at et similia ¶ Debiles autem in arte cum stipticis balneant ignorantes quoniam poros coartant et materias et fumos interius conuertunt et hec fit causa maior ad fluxum. Primo sit intencio tua magnifica in dilatando poros et ad trahendum ad exteriora quantum possibile est. Sic enim fiet materierum euaporatio et acutorum fluidorum exclusio ¶ Fac ergo egrum sudare in balneo aut uapore aque calide et utere fricatione post fricationem primus leni deinde fortiori ut pati poterit usque dum multum sudet. Sudor autem sepe et sepius abstergatur ideo ut non obstet egressioni alterius sudoris aut uaporis parato excludi ¶ Opponitur enim poris retentus sudor. abstersus uero facilem faciat egressionem alterius fricationes etiam in extremitatibus multum conferunt ¶ Vulgares autem et que non sunt familiares artis contra hos et illos post medicinam balneant ignorantes quod balneum ad exteriora trahit quemadmodum Gal' dixit. Et ignorantes quoniam opponunt residue materie motum que iam in necessitate posita erat cum uirtute farmacie reperire ad uias expulsionis reuocandi illam uirtute balnei ad membra tunc quod facile erat iuuare ut debilius reperet uel saltem resolueretur nunc autem difficile ¶ Preterea si uirtute balnei confidit quod expulsio fiat ad exteriora et ignobilia non minus est error sicut enim fit transmissio ab intestinis ad cutem que omnia sunt ignobilia per nobilia quia per epar et sic ab ignobilibus ad ignobilia per nobilia ¶ Natura melius ex propinquioribus ducit uiis et maxime ex conuenientibus ¶ Et inquit

Aliud

Clistere

Dioscorides

patta

Balneum optimum

Fricatio optima

ypo q matia q oportet euacuare euacu
anda est per partem ad quam magis decli-
re videtur et prope si sit conveniens. Er-
ror ergo in differenter balneaciones post
assumptum farmaciam faciunt enim eadem in op-
pillaciones et egritudines cutis. Et secundum
necessitatem non est congruum balneum post me-
dicinam nisi quando purgacio superfluit. Con-
fert enim tunc aduentrice stringendum. In
balneo vero postquam diu sudauerit confor-
tancia et constringencia tribue sic enim
aggregabis duas intenciones bonas nam prepa-
rabis ex vno eorum ne intestina laxa materiam
recipiant et ex alio materias eorum ad oppo-
situm conuertis. Quod si hec non contulerint tar-
nos et totum corpus in pannis lineis in
balneo aqua infusis diu vberetur extremi-
bus parte usque dum cutis rubeat et infle-
tur deinde fricetur ut sudet. Sedeat autem
in balneo super lateres calidos aut lapides
leues et raros et calefacere in eis latera
et ventrem et renes ad hoc multum confert.
Extrema vero institis ligentur et comprimantur
compressione dolorosa sic quoque materiam ad
contrarium fluxus ventris conuertes.
Diuretica quoque et vrine prouocatiua
huius intencionis sunt. Inquit enim ypo-
in amphorismis Si quidem in nocte quis vrinet
multum minoratur eius secessus. Et dixit
vnaym pluralitas sudoris et vrine plura-
litatem egestionis resecat et illud ideo quia
materie ad alias partes reputant quod ad intestina
primo trahuntur ab intestinis et concauitate
epatis ad renes vel concauitates membrorum
et derelinquunt feces siccas in intestinis tar-
dioris egressionis. Adhuc autem vomitum pro-
uocare est causa huius comoda. Inquit
enim ypo- fluxus ventris interdum vomitum
vomitus fluxum causa curatiua est. Et
dixit vnaym illud ideo est quoniam ex hoc ad
oppositum et diuersum attractio fit eius que
causa illorum erat. Huius eciam intencionis
sunt ventose si sub ypocundriis et in ven-
tre et lateribus et renibus ponantur. Li-
gaciones quoque et compressiones extremita-
tum sunt huius generis et prope incipien-
do ab inguinibus et ab ascellis et descenden-
do ab eis.

Capitulum 59 de sedacione doloris et extenuacionibus

Laboriosam autem agitacionem in cor-
pore sedamus cum quiete et sompno.
Inquit enim ypo- Cum abscindere
volueris fluxum ventris per elleborum inductum
et multiplicatum precipue sompnum et quie-
tem. Inquit eben mesue dico quietem
corpoream scilicet animalem cum amministracione
celebritatis obiectorum sensuum. Sompnus eci-
am inducendus est mulcebris cum canticis
sompniferis et melodiis et omni arte organi-
ca et rebus sompniferis et omni ea que cu-
rat sibara. Et scias quod sompnus et pro-
fundacio in eo est ex maxime sedatibus agi-
taciones omnes et quies similiter. Nam subdit
ypo- stare agitacionem sedat et ad hoc argu-
mentum sumunt ex nauigacione quoniam motus tur-
bat corpora. Cibi autem et potus in disposicione
hac restringendi sunt omnino nisi sincopim et
casum virtutis timeas. Addunt enim ad agita-
cionem non minuunt.

Capitulum quintum de regimine potionati

Precipuum omnis intencionis est regimen
quam dilatans et confortans cor
secundum amministracionem conuenientem sex rerum
quas scis. Locentur ergo in domo temperati
aeris non frigidi. Frigus namque excludit hu-
mores ad interiora ut scis eos ad exteriora
trahere magis necesse. Neque calidi. Calor enim
resoluit et debilitat. Et elige ex cibis et po-
tibus et aliis omnibus omne quod confortat cor
et animam dilatat. Et nos plene diximus post
illud.

Capitulum 69 de vltimis remediis quod imponuntur actioni potionati

Quod autem et stupefacere est vltimum ad
quod initi debes et prope tunc quando
omnia iam non contulerint et res est posita quasi
in desperacione tunc quoque super narcoticis pre-
sumendum est et medicamentis fortibus sicut
est tyriaca et filonium et similia. Et componunt
autem res magni erroris a principio huius cu-
rantes cum narcoticis. Est enim cum eis cura-
tio mendosa propterea quod ingrossat et congelat
materias et fit retencio falsa et redit fluxus
et prorumpit post tempus non diu extensum dis-
rupcior quam fuerat primo sicut exurgitans cum
vestigiis congelacionis et mortis. Verum
curacio vera est abscisio cause facientis et co-
adunacio et confortacio membrorum et virtutum
eorum sicut iam diximus. At vero quando
necessitas inuitat et proprie quando iam
omnia non contulerint per summum iam super nar-
coticis et prope rectificatis secundum modos et con-
diciones quibus emendantur nocumenta. Sunt
enim omnino contraria rei vite congelancia stupe-
facientia et mortificancia. Nuda quidem magis
et adhuc magis recencia. Ars vero et socie-
tas eorum nocumenta remouet. Verum tamen
intencionum res admixte eis ipsarum operacionem
bonificant. Primo non si sociuntur eis que resoluunt
et auferunt que ex eis prouenit congelacionem
verbi gracia sicut recte miscetur eis castoreum et

Scamonea est solutiuum magnum Et dixit democritus quod est solutiuum antonomatice et quod est genus solutiuorum et generius super omnia solutiua Fit autem scamonea ex succo cuiusdam speciei volubilis cuius folia sunt ad modum sagitte alate Nascitur autem in antiochia et armenia et corasceni et in partibus arabie et thurcie et plurimum nascitur in terra nostra et est mala Et credo quod dispositio loci et modus cultiue et ars in faciendo auxiliantur ut bona sit bona. et mala sit mala. Modi autem operacionis sunt quatuor. Primus est cum manifestatur radix ipsius a terra postquam euellitur et fiunt incisiones in ea quod apparet superterram et inuenitur quod egreditur de eo post diem et dum res sic gumma et dimittitur certam et consuatur. Secundus est extirpatur post illud totaliter radices et inciduntur et colligitur lac fluens: et decoquitur cum facilitate et exiccatur sole et fiunt inde forme et sigillantur et huius scamonee color est albidus aut varius. Tercius est teruntur adhuc radices post illud et extrahitur succus et fit sicut dixit de decoctione et alijs sigillantur aut alio sigillo. Nunc autem fides sigillorum periit Et hoc est scamonea grossa nigra ponderosa. Quartus est teruntur folia eius et stipites et extrahitur ab eo succo et fit similiter. Et hec est scamonea nigra attinens viriditati et generius odoris **Electio** Melior est anthiocena et armenia est post hanc que non fit in partibus nostris et in corasceni est magna pressus. et melior adhuc est que est prime forme. et que est secunde et post ista et alie sunt male. Et deterior est viridis Adhuc autem qui laudauerunt scamoneam in quinque proprietatibus laudauerunt ea. Prima est ut sit in colore clara sicut gummi et prope spes eius prima. aut subalbida aut varia. Secunda ut si tangatur offractum eius aqua vel saliua fiat sicut lac Tercia ut sit tenera multe facilitatis ad frangendum et puluerizandum Quarta ut sit in pondere leuis Quinta ut sit odoris boni non generius Remota non ab hys proprietatibus non est bona Conseruatur quoque per annos xx. sed quanto antiquior tanto debilior **Complexio et proprietas** Calide complexionis est in quarto et sicca ad ipsum. et est in ea de acuitate in minus quam in planta sua Et credo quod ars in faciendo ipsam frangit in ea de acuitate aliquid Et in ipsa quidem est amaritudo. et ipsa quidem est abstersiua incisiua resolutiua cum attractione multa cuius attractio extenditur usque ad remota multum

Quot nocumenta scamonea imprimit in corporibus humanis

Rectificacio Sunt in eo quinque familia
ria. que in corporibus imprimit magnitu
dine nocumentorum. etenim in ea est ventositas
mordicativa in stomaco faciens subversio
ne et nausea et estuacione laboriosa. 2m
est quod in sunt in ea acuitas et caliditas ha
bilis in flamari: propter quod est facile faciens cadere
in febrem et sitim et prope quando invenit
pacientem paratum. 3m est quod propter ipsam fit at
tractio vehemens et vehemens apercio ori
ficiorum venarum quare facit cadere in immoderatos
fluxus. Quartum est quod in ea est serositas
operans ad excoriacionem viscerum quare ge
nerat dolores acutos et pungitivos et fa
cit cadere in dissinteriam et tenasmon. Quintum
est proprietas et operacio sua a quibus fit
impressio nocumenti in membra que sunt
minime virtutum sicut cor epar stomachus et
similia. Auxiliandum non eis cum rebus cum quibus
proprietate et virtute nocumenta tollunt. sicut
ubi gratia obviamus ei quod dixi primo obvian
do ut resolvatur vapor eius turbidus et mor
dicativus faciens subversionem et laborem Et
adhuc auxiliatur nobis decoctio eius in po
mo: digerit enim resolvit et maturat et ex
tendit vapores ipsius et aufert serositatem
eius Et miscetur in decoctione ipsius que ven
tositates resolvunt et carminant Et adiuvant
ad illud sicut daucus et galanga et semen
feniculi et semen apii et similia Et dico quod de
coctio est generalis preparacio eius auferens
ex nocumentis plura que diximus Et obviamus
ei quod diximus in 2o miscendo ei in decoc
tione aliquid virtutis refrigerativi operan
do ut frangatur acumen et inflamacio eius
et adhuc etiam auxiliatur nobis decoctio eius
cum eis que extingunt et leniunt sicut mu
cillago psilii et aqua et carnes prunorum
et succus rosarum et aqua violarum et viole recentes
Et involvere ipsam ante decoctionem eius in
oleo rosarum aut violarum aufert nocumentum hoc
ab ea Et succus citoniorum mirorum et sumach
et spodium faciunt similiter. Et obviamus ei quod
diximus in 3o miscendo ei in decoctione que
adiuvant virtutes membrorum et auxiliantur in
aggregacione et corroboracione partium laxarum
Adhuc autem auxiliantur nobis res maxime
stipticitatem habentes et omnia que auferunt
superficie acuminis eius et reprimunt subtili
tatem et virtutem penetracionis ipsius sicut est
mastix et citonium et succus eius sunt enim
rectificativum bonum. Mirabolani quoque cit
rini sunt mirabiles in hac intencione. Si
militer obviamus ei quod diximus in quarto mis
cendo enim que aggregant duas intenciones

prima est acquirere ei facilem egressum et hoc
cum rebus cito expellentibus audacia eius.
facientibus eam descendere. Adhuc autem
auxiliatur ei administracio eius cum rebus lubrica
tibus sicut est mucillago psilii et carnes pru
norum Et scivisti quod conpressima sicut citonia et
mastix sumpta post medicina et proprie
postquam incepit educere festinare faciat eius
egressionem Et scivisti quod aqua calida post
medicinam transmittit audacia eius et debi
litat virtutem ipsius Et dixit ruffus ei qui
sumpsit scamonea de melioribus rebus est ad
expellendum audacia eius et post iiiior vel quin
que horas postquam sumpsit eam psilium conquassa
tum in aqua tepida et oleo rosarum. sumat et
post duas horas infusione ei mirabolanorum citri
nus sic enim non timentur nocumenta eius. 2a
est reprimere ei virtutem serositatis et acuita
tis et hoc facimus cum auxilio rerum humida
rum et unctuosarum sicut est dragagantum et bdelium
et oleum rosarum et amigdalarum et similia Et obviamus
ei quod diximus in quinto cum eo quod est thesaurus
totius operacionis et illud est acquirere ei bo
nitatem cum medicinis membra et virtutes
quarum sunt domicilia confortantibus et ad hoc
auxiliantur nobis medicine cordiales calide
et frigide et medicine stomatice et epatice.
Et auxiliantur nobis etiam ars et preparacioni
modi sicut iam diximus Modus preparacionis
eius secundum quem dixit ruffus. decoquatur sca
monea in citonio post involucionem eius. et
revolucionem eius fere per unum diem in oleo
violarum aut rosarum aut amigdalarum. et post illud teratur
faciliter et involvatur et revolvatur in scutella
vitrea usque dum siccetur cum infusione mirabolanorum
ei facta in succo citoniorum tunc fac trociscos
ex ea quantitate ʒ. i et sit dosis eius trociscus unus
solucionem enim facit sine molestia Modus
alius secundum eundem satis bonus decoquatur
scamonea secundum priorem modum et doctrinam et
adiunge ei mirabolanorum citrinorum super tria partem eius
Deinde accipe seminis apii seminis feniculi dauci
ana ʒ. ii. decoquatur cum succo citoniorum cum
facilitate et cola et utere in solucione et ex
tracione sicut premisimus hic diximus Inquit ruffus
sit tua addere minime mutare secundum quod exigit
disposicio et res patitur Inquit galenus
miscui scamonea cum septuplo ipsius manne
et triplo ipsius succi rosarum post bonitatem coc
tionis eius in pomo Et inveni ex modis pre
paracionis ipsius hunc modum satis laudabilem
emendatricem plura ex nocumentis que timentur
ex ea Et aliquando miscui cum eis septuplum ipsius
pulveris psilii et fuit bonum Et aliquando miscui
medicinas cordiales et aliquando miscui alia

2m

3m

4m

5m

Emendacio scamonee nocumentorum

pri

2i

3i

4i

cū res exigebat. Inquid Amech R duplū eius foliorum violarum et mediū ponderis ipius liquiricie et in volue olō rosꝭ et fac trociscos ʒ. j. et sit dosis ʒ. j. ¶ Inquit unarum dissolua tur in oleo amigdal' cū pauca medicina stiptica et per diem et diem agitetur in sole cū administracōne olei paulatī. si oportet post hoc etiā agitetur per diē et diem aqua rosꝭ in qua sit fuit solutū bdeliū deinde exicce tur deinde coquatur in citonio post hoc cū tercia parte eius mirabol' cit. et fiat trocisci et sit dosis ʒ. ß. ¶ Inquit paulus zinzib' piper lon. et anisū admixta decoctōni ipius et proprie in pomo acetoso aut pontico remo uent nocumēta ipius ¶ Modus autem rectificacōnis eius ex inuencōne nostra est decoquatur frustra eius inter amigd' tritas multas post purgacōne earū inter folia se pehendo ea in cinē calido et post diē abiec tis amigdal' dissoluatur in aqua citoniorum acetosorū in qua bulierunt spica et anisū et aliqua ex speciebus et seminibus redolē tibus et excicentur deinde cū pauco mastice et bdelij decoquetur in citonio aut pomo i volito in pasta deinde fiat troc. ʒ. j. et sit dosis j. operatur enim sine nocumēto ¶ Mo dus alius preparacōnis predicte ministratur tantum quātū ipsa est de sumach et quarta ponderis eius spodiī et fiat inde trocisci sic priores sunt enim ultimi. et dissoluatur scamonea cum decuplo eius mīne et pauca spica post in volucōne eius in olō rosꝭ vel amigd' et deco quatur cū facilitate emēdatur enim a sua ma licia. Et sciuisti quod aloe frangit maliciā eius et mirabolani magnificat eā Et de coctio ipius in succo portulace. Aut aqua seminis ipius aufert plura ex nocumētis eius Et medicine cordiales et stomatice calide aut frigide secundum quod res exigit frangunt ma licia eius Et oportet quod fiat eius decoctio cum facilitate. Impetuositas enim decoctio nis addit ei ad maliciā Et ipsa quid sic sciuisti modicū sustinet de triturācōne quare propter oportet quod in eius trituracōne nō multu in sistatur Ex rebus aut facientibus facilē et velocē ipius egressū a corpe sunt citoria que in confectoibus et electuarijs sil' miscētur et sil' mirabolani. ipi enim sunt excito ipsaz deponentibus Et sil' si sup eā post spaciū bibatur Et sciuisti quod aqua calida expellit eius audaciā et alia simil' sic dixim in ca none Posse Solucōne educit colerā cum fortitudine. et trahit eā a sanguine et ve nis vehemēter Et eius opacō est sicut operacō furiosi Et ipsa est inimica cordis

stomaci et epatis et in testinorum. et est ex facientibus nauseā et conturbātibus viscerā et subuertētibus ea et facit siti et deicit ap petitū cibi Et cū ea et mirra et costo et troco et succo agreste et pauco opio fiunt trocisci cū vino pontico et propē aur' j. et fit linimētū ex uno eorū sup frontem et tympora quod prodē et propē cū vitello oui et aceto forti sanat sodam frigidā et emigraneā difficilem: et si linitur sup dentē remouetur dolor eius et corrosio et si sup scrophulas et proprie cū succo apij aut dauci delet eas. Et sit linimētū cum uno eorū cū succo zizimbri et aceto sed loco apij ponatur castoreū et liniatur in pos teriori parte capitis. et est magnū iuuamē ti ad subeth et litargiam ¶ Et quando scamo nea supponitur cū lana educit et facit aborsum Et ipsa quid scamonea curat scorpionū morsus et propē de sup linita cū succo mēte aut cū vino ¶ Vitet aut acceptcōne eius qui calie et sicce est naturē aut patius cadē in febres. Ille aut qui su mit eam timeat frigus et estum et abhō reat fructos et propē frigidos et aquā veri frigoris et sompnū plurū sup eam et exerciciū et supbiā animi Conseruatur aut scamonea per annos xx. Dosis eius est a grana v. usque ad vij.

Caplm xxvj de turbith :~ ~~

Turbith est radix cuiusdā herbe folia cuius sunt sicut folia ferule minora tñ. et est ex habentibus lac. et est ex eo domesticū. et silvestre. et est ex eo magnū et paruū. Et ad huc ex eo aliud albū. aliud nigrū Electio Quod in locis nascitur siccioribus fit gumosius propter spissitudinē lactis eius. Conueniū vero eorū et declinat a proprietatibus bonis que sunt septē secundum quod sapiētes scripserūt scilicet ut sit albū et vacuū arundino sum gumosū. et sit cortex eius cineritius et planus et sit recens et facile fragibil' Citrinū vero malū est. et nigrū peyus. Grossū est nō bonū et subtile tenue sil' Cū enim est debile et antiquū est malū. Et quod est crispi corticis et habens diu fragitur sicut nuos est siluīe et malū. Et quod nō est gumosū est debile et vetus contur batiuū Et via inter est ut cognoscas ad adultatū ex eo quod quid fit cū sublimacō ne in extremitatibus suis ex gūmi dissolu to et cognoscitur ex eo quod in confractis suis est sine eo Et minus quid recens ē co turbatiū et subuersiuū visceruū: antiquū

Con̄ rodam frig. et emigraneam difficilem

Ad dolorem dentis corrosi et scrofulas

Con̄ subet et litargia

Ad morsus scorpionum

nero est debile: mediocritate aut habens
est illud quod eligitur **Complo et pp̄es**
Calidū est in t̄cio et siccū. et est ꝯlutiū
cū attractione mediocri: generās vētosi
tatem tam ad subūsione et nauseam
et acquirit ex vsu eius excitacō in corpore
euacuat em̄ hūiditates subtiles **Recti
ficacio** Tria sūt corrigibilia in ipō. est
em̄ debilis opacōis et tarde. et nocet
stomaco faciens subūsionem et nausea
et acquirit vsus corpori extenuacōnem
Rectificatores aut̄ inseruit in pncipio
abradi corticē eius donec albū eius appa
reat et corrigūt qd̄ de eo dictū est pmo
addendo ei aliquid v̄tute acutū vigorās
ipm in operādo Et ex maxie ipm cofor
tātibus est zinzib. ipm em̄ sigillat ei p
prietatē mirabilē vt educat humorem
grossuz et viscosū etiā a remotis cū faci
litate ita qꝫ a iuncturis et anchis. et locis
profundis distātibus: per se vero nō fa
cit illud pmo educit de flegmate qd̄ ē sub
tile et derelinquit qd̄ est grossum et facit
hoc tarde Et corrigitur ꝯm quod dictū ē
ad miscendo eis de medicinis stomaticis
et redolentibus et sedātibus d' agitacōne
in eo p ipm sic est mastix gallia et aroā
tica ꝑprie zinziber et pip longū et silia
Et emendāt qꝫ ultimo de eo dictuz est sicut
dixit alkangi Admisceat' ei oleū amig
dalinū et coniugat' cū amygdal' aut zucō
Et dixit Ruffus ad mistracō eius cum
fisticis remouet hoc nocumētū ab eo Et
dixit Judeus ipm cū cofectione de coctanis
aut rob ipius et medio pondēis ipius ex
zinzibre et fit ꝯlutiū sine molestia In
quit Johannicius Accipe dactilor̄ infusor̄
in aceto die ac nocte ptes centū penidi
arū ptes quīquaginta amygdalar̄ pur
gatar̄ ptes xxx turbith ptes xxx v. sca
monee ptes xij zinzibēis pipis longi fo
liorū rute siccor̄ añ ptes iiij. fiat corūz
p mixcō bona et cofice cū melle dispūā
to est em̄ medicina mirabil' Jnquit
filius zezar Medicamē de turbit qd̄ eli
git in egritudinibus in quibꝰ eius vsus
est necessāius Accipe turbuth ptes x. zin
zibēis ptes v. zucā ptes xx. q̄nqꝫ addi
di masticis ʒ iij. et q̄nqꝫ alia ꝯm inten
cōnes alias Et dixit iter̄ infundat' tur
bith in succo cucumēis asinini die et noc
te postqꝫ rasus fuerit cortex eius et exic
tuz est em̄ ultimū ad egritudines antiquā
rum Turbit aut̄ de trituracōne et coc
tione parū sustinet omē qd̄ ē mediocre

Nocumēta aut̄ expellit eius. aqua mellis
calida et aqua zucā rubei simil'r calida
cū olō amigdal' **Posse** Turbit cofortatū
ꝯlucōne educat humores flaticos grossos et
viscosos a remotis et iuncturis proprie: et
ipm quidē mundificat stom̄ et ex pellit ab
eo sup̄fluitates adherētes in villis eius et
mundificat pectus a flegmate grosso et putrido
et educit a iuncturis et locis neruosis et
anchis humorē grossum et viscosū et maxꝫ
ad dolores iuncturarū et vsus eius p̄suat
a lepra. et ab infectionibus flaticis sic est
morphea et baras Et est medicina bona
febriū flaticarū: Js aut̄ qui sumit eū
timeat austrū et abhorreat pisces **Dosis**
Eius contriti pocō est a ʒ j. vsqꝫ ad ij. et eiꝰ
decocti pocio est a ʒ ij. vsqꝫ ad iij.

Capitulum xxvij de Agarico:—

Agaricus est de medicinis mag
ni iuuamēti. cuiꝰ ortus est se
cus arbores magnas. quibus
iam accidit corrosio et putrefactio: et eiꝰ
generacō est sic generacō fungorū. ꝑp quod
quidē estimauerūt qꝫ sit fungus. et quidā
dixerūt qꝫ est sic apostema p modū putre
factōis **Electio** Alius masculus alius
femina. Masculus vero est malus. et est ille
prope qui est longus et niger et grauis
et habens in fracturis suis sicut pdictio
nes neruorū et est durus et densus. Aga
ricus aut̄ quē sapiētes laudauerūt est fe
mina et habens proprietates quinqꝫ bonas
et prope si sit albus et leuis et velocit' fra
gibilis et porosus et rarus valde. et vt ap
pareat dulcis in pncipio gustus eius. de
inde succedat ei amaritudo et stipticitas.
Et melior pars totius eius corporis ē supi
or pars ipius et stipes eius nō est bonus
habens quasi semitas putrefacti ligni
et corrosum ex eo est maluz **Complo et
proprietas** Calidus est in pmo et siccus
in 2° et est copositus ex suba aeria posita
in sup̄ficie ipius. que in pmo gustu senti
tur dulcis. et ex ptibus subtilibus t'reis
dantibus ei stipticitatē in quibꝰ ad huc
dnantibus igneis est in eo de amaritudīe
aliquid Et ipē quidē est subtiliatiuꝰ reso
lutiuꝰ incisiuꝰ ꝯlutiuus natūe et carmina
tiuꝰ ventositatū grossarū Apitiuꝰ opilla
cōnū omniuz **Rectificacio** Pauci nocu
menti dixerunt illū esse sapiētes verū est
debilis et tardans in opacōnibus suis.
Jnquit Dyascorides tarda est et debil'
operacō sua sed in colicis ꝑptea qꝫ in ipō
est de dulcedine et stipticitate agregātes

vigorari operacōem eius

Medicam' bonū de turbit

valens ad egritudines antiquas

ptes conuenienter. Veru vigoratur eius ope
racio si addatur tercium ipius de salegeme
et fiat ex eis trocisci de sccamiabin Et
humanum mellicratu adiunctu ei vigorat
operacone sua Et dixit alfisi ex eo et
sexta pte ipius ex keysim aut dauco 7
q̄rta pte ipius salgeme fiat troc cum
uiscositate polipody recentis fit mirabil
confeccio operacoms ipius ad ea que oz
Et dixit Judeus cu oximelle squillitico
magnificatur eius opacio Et dixit ad huc
aliquid ad mixtu ei uirtutem acutu est ex
addentibus uirtuti ipius Et dixit Gal
si fiant trocisci ex eo cu in fusione zinz
in vino in quo pulmis ipius sepe subiuga
tur fiet opo eius cpleta Et ex rebus sibi
additis uigoratibus in ipo est spica et a
qua casey et prope supta ex capris Et
scito q de decoctone et trituracone susti
net rem mediocre **Posse** Solucone edu
cit flegma grossuz et colam rub et dix
gal Solucone educit utraqz colera et fla
et humores grossos et putidos et eius prope
tas est mundificare cerebru et nuos 7 me
bra sensuu et lacertos et educe mas que
sunt in nucha et finibus eius Et mundi
ficare pectus et pulmone ab humoribus visco
sis et putidis et mundificare stomachu ep
et splene et renes et matrices mulieru
et educe matias a iuncturis · pp qd vota
uit de moncitus agaricu medicina fami
lie quia ad singularu pciu corpois co
moditate se habet Et valet ad omes do
lores intrinsicos corpis et e medicina mi
rabiles ad soda antiqua et epilesiam
et uertigine proprie Confert eciam manie
et melacolie et egritudinibus neruoruz
et apostematibus cerebri · et est ex medicis
bonis asmati et difficultati anhelitus 7
ulceribus pulmonis et pectoris et sanat do
lores stomaci et intestinu Et est medicina
magna opillaconu om et egritudinuz
quaru cae est opillaco sicut est yctericia
tia et ydropisis et grossicies splenis Et
confert dolori epatis inflamentu manifes
tum et splenis sile et renu et curat a
postemata eoz et prouocat vrina et men
strua et mundificat matrice · et usus eius
aufert feditatem coloris cutis acquires
ei colore bonu · et est ex medicinis educe
tibus vrmes · Et confert eciam sciatice 7
doloribus iuncturaru Et eius quidam
inflamentu ad febres antiquas diuersaru
materiaru et ad typu eoz magnu est et
prope cu eo q conuenit ex potibus.

Dosis Eius contriti poco est a ʒ · j · usqz
ad ʒ · iij · et i decoctone a ʒ · ij · usqz ad · v ·

Capitulum xxviij de Collogntida

Collogntida est qua pses vocat
cucurbita deserti: que nascitur
in planta qua etia fel terre vocat
eo q in toto ambitu eius interficit herbas
et est sicut venenu eis · Vnde vocat ea ara
bes necem herbaz: et eius folia sunt am
pla pilosa · et extenduntur rami eius sup
facie terre sicut tenditur cucurbita et terra
sup qua iacet videtur adusta **Electio**
Duoz est modoru scilicet masculus et femina
Et ex eis est masculus sup que nascitur la
nugo et est grauis cu duricie et asperitati
attinens et nigredi Et laudatur ex eis
femina et proprie habens proprietates
has bonas ut sit scilicet collogntida grs
sa et leuis et quato lenior tanto melior
et sit laxa alba et leuis et cplete matu
racionis: et cuius pars interior est pulpo
sa et laxa et leuis et alba vehementis al
bedinis · Veru que no est copleta in ma
turitate mala est · conturbat em suscipie
tem eam · et uentositate cu difficultate
facit et soluit habundanter et solucone e
ducat sanguine et forte interficit Et cum
sigillatur ex ea gemme plante · et si nasci
tur collogntida vna est illa mala p modo
sa vino est venenu Et cu in tota regio
ne non est nisi platu eius vna p se nas
cens est mala Et que nascitur in terris for
tibus et puluerletis · aut iux loca repti
liuz aut in loco tmaz collogntidas facit
minores et sunt siliter male · Que aut nas
cuntur in locis laxis et arenosis et liberis est
que eligitur: et cu extrahitur pulpa eius
tempus debilitat eam Tempus aut
collectonis eius est autupnus et prope
du citrinescit et remouetur viriditas eius
Complexio et proprietas Est calide
coplexionis et sicce in 3°. et est cposita ex
ptibus igneis et ptibus terreis adustis
Et est solutiua attractiua supfluita
tum et eius attractus est in l'r a remo
tis · et est resolutiua maxima et abster
siua **Rectificacio** Quatuor sunt corrigi
bilia in ipa Nocet em stomaco cordi et
epati · et est conturbatiua abstersiua vis
ceru faciens opacones difficiles · et apit
orificia venaru apcone sangne manare
faciete Et operatur illud vehemencius q aloe
et excoriat vias Emendatur aut primu
et 2m nocumetum ex ea commiscendo cu
ipa ex medicinis cordialibus 7 stomatice

et epatis que melorant possunt cōdiciones eius sicut addit^r ei prope mastix et galia et similia ¶ Emendat^r autē tercium et q̄rtū nocumētū ex ea cū rebus ac quiescētibus ei uiscositatē et glutinacionem et remouentibus ab ea serositatē et cito lubricatē eā facientibus sicut est dragagāti ꝑrie et bdeliū et gū et mastix et similia ¶ Et dixit grecus fiat ex ea et landano ꝑtes similiter equales post scarioneriem eius cū oleo ros̄ pillule et sunt bone. sane ad ea que oportet

Modus rectificandi eius s^m q dixit filius saporis Infunda pulpa eius in aqua mellis et prope decoctionis mixte al-rute et exiccet^r post illud et terat^r ultima tericione et admisceat^r aqua mellis pdicta ¶ Modus rectificacionis eius ex inuencione nostra Incidat^r minutissime cum masorio et involuat^r subtili involucione cū glutino dragaganti aut bdelij et exiccetur et coterat^r post illud ultima tericione et fiant trocisci cū pauco mastice resoluto in oleo ros̄ ul' cū landano cū aqua mellis. hoc eni ars. illa facit sine molestia. Et scias q decoctione rē completā sustinet Et dixit filius gezar non oportet ut multū coterat^r. ultima eni eius excoriacio excoriat uias et uenas Et dixit filius saporis. oportet ut ꝑueniat^r ad ultimū puluerizacionis eius aliter eni ulcerat uiscera. Et michi quidē uidet^r q in ultimo puluerizata cōfricantur uirtus a ꝑmixcione ad uictoriam ei et ꝑmittit loca uiscerū absq; impressione nocumentorum in ipsis et forsitan in ea in qua non exquisite fit illud pars sensata in eis adherens in uillis et in uolucionibus apostemat et ulcerat Expellit autem nocumēta ipsius acceptę aqua passularum cū oleo amigd' ul' olearum ul' oleis pdictis Posse ¶ Solucione educit flegma et humores uiscosos attrahens ipsos a profunditate mēbrorū ¶ Et dixit humaym. Solucione educit colerā citrinā. et eius operacio ad neruos et iuncturas ostendit^r Et dixit dyascorides non efficit operacionem in materijs que sunt in ueis de qua sit curandum: nisi in materijs que sunt in locis profundis distantibus Et eius posse est magnū in mundificacione cerebri et neruorū et lacertorū et pulmonis et pectoris et est magna medicina. Et est magna me-

dicina egritudinū eorū sicut est dolor capitis antiquus et dolor cranei et emigrea difficilis et apoplexia et epilempsia Et confert egritudinibus neruorū omnibus. et uertiginem et descensum aque ad oculum. Et est res magni iuuamenti ad asma et ad tussim antiquam et ad dilatacione anhelitus Et est operacio eius uirtuosa ad dolorem iuncturarū et podagram frigidam et sciaticam proprie s^m omnem modū administracionis eius etiā in clisteribus et in collirijs ¶ Et confert colice flegmatice et in flatuū iuuamētum multū et ydropisi Et si supponat^r in matrice occidit fetum Et si ex ea fricetur cū forti aceto morphea sanat eā et similiter lepra et elephancia Et si euacuetur quod est in testa eius et impleatur oleo et buliat tamē calido et inungat^r capilli denigreat eos. et taedat canitie et prohibet casū eorū. Et si distillet^r ex eo in aurem sanat dolores eius et confert sonitum in ea Et si impleatur aceto et colluat^r ex eo os post bulicione ipsius sanat dolorē dentis Dosis ipsius est a karatis vj usq; ad x. Is autē qui sumit eam timeat frigus et estum

Capitulum xxix de pollipodio

Polipodium est radix plante. exortus est sup arbores et sup lapides. et uocauit grecus ea felice arborū Q' nas Electio Quod nascit^r in lapidibus humiditatē habet superfluam in digestā tam ad uentositatem et subuersione et nausea Verū melius ex eo est arborum et prope q' nascit^r sup arborem ferentem glandes. et q est cum propietatibus viij. bonis et proprie quod est grossum solidum et nodosum et cuius color s^m aliquid ꝑticipat nigredine et rubedine s^m parū. et cuius confracti color est sicut color fistici. et in quo est ex aromaticitate aliquid et in cuius sapore est dulcedo cū stipticitate derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid ultimo et q' est recens Complo et proprietas Dixit Dyascorides calidū est in 3° siccū in 2° et est resolutiuum humiditatū grossarū et uiscosarum et est excitatiuum et abstersiuum et solutiuum Rectificacio Est ex maxime extremitatibus torpa et destructibus et facit subuersione et nausea. et est eius operacio debilis et tarda Et tollitur ab eo nocumētū ꝑmū in administrado illud cū aq

mellis aut cum aqua passularum aut cum aqua ordei. Inquit Ameth coquitur cum urine gallorum et gallinarum et fit solutivum conveniens. Et similiter cum aqua casey et fit solutivum bonum. Et aufertur ab eo nocumentum eius si admisceatur ei aliquid ex sedantibus acuitatem sicut sunt semina redolencia et species sicut daucus proprie et amisum et semen feniculi et zinziberis et similia. De decoctione autem sufficienter sustinet **Posse.** Solucione educat coleram nigram cum facilitate et fleuma grossum et viscosum et materias vitreas. et confert colice secundum omnem modum administracionis eius et duriciei splenis et proprie cum epithimo et sale indo et confert ad materias melancolicas febres et proprie cum aqua mellis. Et sanat fissuras que fiunt in manibus. **Dosis** est a ℨ ii usque ad ℨ iiii.

Capitulum xxx de Squilla.

Squille sicut dicit Gal. dicitur est iuvamentum solucione enim educit materias et preparat ad solvendum. **Electio.** Melior est habens parem sola enim sicut dicitur est venenosa et ad hunc est melior que saporem habet compositum ex dulcedine et acuitate et amaritudine et que habet splendorem in laminis suis et que nascitur in locis liberis. orta enim in locis maritimis aut orta singulis est mala. **Complexio et proprietas.** Calida est in tertio sicca ad ipsum. Est autem composita ex partibus igneis positis in superficie ipsius dantibus ei acuitatem vehementiam. Et ex partibus terreis adustis dantibus ei amaritudinem et ex partibus aereis mediocribus quare est in ea de dulcedine aliquid. Est autem incisiva ulcerativa adustiva resolutiva et attractiva materierum ad exteriora subtiliativa per viam grossarum frearum ad herendum conservativa a putrefactione. **Rectificatio.** Assacio acquirit et facilitatem in solvendo et preparacio ipsius cum aceto ponit materias grossas ad herentes et submissas ad expellendum facile. Modus operacionis massacione accipiatur lamine ipsius et separatim involvuntur in pasta et sepeliuntur in cinere calido donec coquuntur sufficienter postea extrahuntur ex pasta et administratur ubi oportet. Modus alius assacionis ipsius ponatur in vase luteo vitreato stricti orificii et sigilletur lutacione forti cum pigmento et dimittatur diebus xl et proprie diebus maioris estus et moveatur vas et mutetur pluries in omni hora ita quod equaliter in singulis partibus calefiat deinde extrahatur squilla et administretur ubi oportet. Et quandoque admisceatur ei tritici de farina orobi quantum ipsa est et fiunt inde trocisci et conservantur ubi oportet. Et dixit paulus lamine eius sicut sunt ponantur in aceto in principio veris usque ad finem estatis in vase vitreo sigillato exposito soli et post administretur ubi oportet. Et debes scire quod squilla de decoctione rem sustinet mediocrem. **Posse.** Solucione educat humores grossos et viscosos. Et dixit haly etiam cum hoc educat coleram nigram et eius iuvamentum est magnum ad egritudines capitis sicut est cephalea et epilepsia et proprie secundum omnem modum administracionis eius et vertigo et scotomia. Et oximel eius ponit materias viscosas faciles ad expellendum. Et subtiliat humorum grossitudinem. Et ipsa quidem secundum omnem modum administracionis eius confert egritudinibus intrinsecarum iuvamentum magnum. Et est medicina pulmonis et pectoris et egritudinum nervis proprie. Electuarium ex succo eius et melle sumptum lambendo clarificat vocem et similiter oximel eius et acetum ipsius. Et est ex medicinis bonis splenis et grossitati eius. Et est ex rebus preservantibus corpus a putrefactione et conservantibus ipsum in sanitate sua. Et acquirit usus eius maciem corpori et conservat in iuventute et acetum eius excitat et confortat gingivam laxam et putridam et confirmat dentes motos. Et eius collucio ex eo et similiter potus ipsius est medicina magna fetori oris, facies ipsum odoriferum et sanat dolorem stomachi et iuvat ad digerendum. Et usus eius secundum omnem modum administracionis eius confortat corpus cui accidit laxitas et mollificacio et colorem efficit bonum. **Dosis.** Poco aceti eius est a ℨ v usque ad xii et oximellis eius ab ℨ v usque ad ℨ iii. et troc. eius ab ℨ ii al ℨ usque ad quatuor.

Capitulum xxxi de hermodactilo

Hermodactilus est radix herbe montane. Et eius alius est longus sicut digitus et alius est rotundus. **Electio.** Ille de quo hic loquimur est rotundus et eius alius est albus alius rubens alius est niger. Melior est ex eis habens tres proprietates bonas scilicet qui est albus et verus albedinis intus et extra. et qui est grossus grossicie mediocri rarus vero et laxus est debilis. Rubens vero et niger ambo sunt mali. Et cum est in locis pinguibus ortus aut

Ad cephaleam et epylenciam

Ad vocem clarificandum

Ad maciem faciendam

Ad dentes laxos

Ad dolorem stomachi

humidis est malus propterea quod addit ei adhuc humiditatem superflua inflativa Et ortus in vicinitate squille meliorat in complexionibus suis et similiter in vicinitate raphani Melius ergo tempus collectionis eius est ver et meliores sunt in quibus iam preterijt medius annus post eorum bona exercitacione Complexio et proprietas Calidus est et siccus in principio 2i et in ipso est humiditas superflua cum ad inflationem et ventositate et nausea quae est malus stomacho reumatizatis ad ipsum superfluitates ex alijs membris Rectificatio Tria sunt corrigibilia in eo primum est nocumentum quod diximus quod imprimit in stomachum et 2m est quod generat ventositatem causam ad subversione et nausea Et 3m est quia est debilis et tardus in solvendo Et dixit alexander immittat stomacho aggregans in eo superfluitates plurimas et generat in eo ventositates grossas Et tollitur hoc nocumentum ab eo in miscendo cum eo cyminum masticem ℥ et similiter piper longum et metaste et keysim removet hoc nocumentum ab eo Et dixit alkanzi si ex eo et pauco zinzibere fiant trocisci cum succo raphani vigoratur in operationibus suis Et ex eis meliorat et magnificat complexionem eius est squilla et proprie si ex eo assata aut succo eius fiant trocisci et proprie cum pauca spica et zinzibere Et ex rebus sibi additis prohibentibus descensum materiarum ad stomachum per ipsum sunt mirabolani eo quod aggregant et confortant stomachum et faciunt citum descensum eius cum sit ex tarde descendentibus Posse Solucione educit flegma grossum et aviditas proprie Et est medicina magna artetice et podagre sumptus et etiam cataplasmatus et proprie cum farina ordei et intellus ovi Et usus eius in pinguat corpora et augmentum efficit in spermate Et est medicina bona vulneribus abstergit enim sordes eorum et consumit carnes putridas in eis etc. Dosis eius ab aureo i usque ad ij conservatur autem per annos tres

Capitulum xxxij De yreos

Yreos inquit grecus est radix herbe que dicitur lilium cuius due sunt species est enim que florem habet purpureum habentem declinacionem diversitatis in purpureitate sicut sunt habet arcus celestis et est yris et propter hoc vocatur yreos Et est alius cuius flos est albus Electio Habens florem album debilior est in omni re et ex eis melior est cuius radix est alba participans rubedine secundum aliquid grossa et dura et spissa et in qua est aromaticitas sicut odor violarum proprie et cuius sapor est acutus mordicativus propter acrimonia ipsius et habens nodos collectos et melior pars plante ipsius est radix post illa flores Et melius tempus collectionis radicis ipsius est in principio veris Complexio et proprietas Calide complexionis et sicce est in tercio et in ipso est acredo et acuitas Est autem abstersivus maturativus resolutivus lenitivus aperitivus opillacionum sedativus mundificativus et solutivus nature et provocativus florem vero habens album ca. et sic. 2 in 2o Et est resolutivus abstersivus cum equalitate et est subtilioris substantie propter quod et oleum eius est subtilius et maioris penetracionis Rectificatio Nocet stomacho propter quod permiscetur cum aqua mellis et pauca spica Et emendatur in complexionibus suis et similiter cum aqua tasci et melle et pauco mastice et ad casus pectoris cum rob et etiam pulmonis Operacio olei eius Recipe ex floribus ipsius quantitate quam volueris et ex radice medium eius et exequere de operacione illud quod diximus de oleo rosarum et violarum Operacio autem succi eius est sicut operacio succi absinthij Decoctione et coctione sustinet mediocriter Posse Solucione educit flegma grossum et coleram permixta et educit etiam aquam citrinam cum facilitate Et eius aspectus est proprie et maxime ad pulmone et pectus et est maturans subtilians et educens ab eis materias cum facilitate et proprie grossas et viscosas ad heretes Et est alius aspectus eius ad epar et membra vicina ei et ad splenem removens opillacionem eorum et curans morbos opillacionum in ipsis et educens materias ab eis sic est ydropisis proprie Et est ex bene resolventibus duriciem eorum et apostemata et dolores eorum Et est medicina bona lenitiva et resolutiva omnis duriciei et proprie incisivarum et nervorum et apostematum durorum et scrophularum et proprie coctum cum aqua sicle aut caulium aut cum vino et permixtum cum melle et oleo camomille Et confert dolori capitis antiquo et proprie emplastro facto ex eo et caputpurgio facto ex succo eius commovet sternutacionem et educit per via nasi superfluitates plurimas ex cerebro permas fluere ad partes corporis occultas Et eius administracio proprie cum rob confert in nocumentum manifestum tussi cuius causa est humiditas grossa et viscosa et difficultati anhelitus et mundificat viscera et matrices

et cõfert emplr̃atus doloibus eorũ et educat menstrua et facit aborsum Et ẽ medicina magna vulnerũ antiquorum et putridor mundificãs ea et generans in eis carnẽ laudabilem imo etiã ossa nuda vestiens carne Et emplicacõ et clistericacõ facta ex eo cõfert sciatice Et cũ tollitur os cũ aceto decoctõis ipius remouet dolorẽ dentis et sedat reuma tismũ eius Et supposicõ facta ex eo apecit orificia emorroydar Et confert usus eius ei qui fundit semẽ suũ in voluntatẽ Et fit ex succo ipius et farina fabarum et acetũ linimẽtũ bonũ lenificãs faciẽ et abstergens maculã eius Oleũ uõ eius cõfortat neruos et incidit ãs et cõfert spasmo humido et doloĩ pectoĩs et pleuresi et peripleumonie et confert distillacõ eius in aure doloĩ eius Et distillatur ad fetorẽ nasi et remouet eũ Et in vnctio eius in temporibus facit dormĩe et confert doloĩ capitis et maturat cataracũ et confert in vnctio eius doloĩ epatis et splenis et renũ Et confert doloĩ matricis et incturãzũ et podagre Dosis eius a ʒ ij usque ad vj et suatur per annos duos Caplm xxxiij de Cucumere

Cucumer azinĩus mere asinino est fructus sicut cucumer parvus asperitatis plurime et amaritudinis nere et eius planta habet folia similia folijs cucumeĩs tñ aspiora

Electio Melior pars plãte eius est fructus ipius et propẽ eius cõpleti fructus et post ipm radix Et calidior fructus eius est citrinus cõpletus ex poliatus aut a viriditate et qui ẽ amaritudis nere et cuius succus est albus habens sic de pinguedine aliquid In cõpletus uõ est malus educens sanguĩnẽ solucõne Et radix eius ingreditur medicinã multarũ utilitatũ Et melius tempus operacõnis succi eius est finis estatis Et collectõnis radicis eius est finis veris

Complexio et proprietas Calide et sicce cõplonis est in 3° gdu Est aut cõpositus ex ptibus igneis et ptibus terreis adhustis Est autẽ resolutiuus aperitiuus opilacõnũ

Rectificacio Excoriat et aperit orificia venarũ et generat tortiones faciens cũ solucõne angustiã et est tarde opeãcõnis Et emẽdatur nocumẽtũ primũ si in opeãcõne succi eius adiungatur ex bdellio aliquid aut ex dragagante aut si cõprimetur cũ lacte dulci recenter mulso aut cũ aqua mellis et sale Et uigoratur eius opeãcõ et facilitatur si in operacõne eius succi misceatur salgeme quãtitas aliqua Et scito q species elephangine addũt uirtuti ipius Operacõ succi eius

Accipe quãtitatẽ quã volueris ex succo eorum et proprie quãdo attingunt et sunt maturitatis cõplete Et fiet extractio succi cũ facilitate et nõ cũ cõpressione et expressione laboriosa Et exiccetur sicut exiccatur scamonea et aloe Et quidã accipiunt aliquas ex speciebus aromaticis et ligant in pãno et suspendũt in eo donec incipiat inspissari et postea remouetur Et aliqui ponũt alia scdm intencõnes alias Expellit aut nocumẽtũ eius accipe aqua ordei multa et simil vinũ et oleũ

Posse Dixit Johannicius soluit sicut scamonea et scdm veritatem educit fleg cũ uirtute per vomitũ et per uentrẽ et interdũ colerã et proprie si in iniungatur cõparacõ eius Et educit mirabiliter aquositates a ptibus difficilis eradicacõnis earum et educit materias que sunt in iuncturis et curat eciã dolorẽ earũ et proprie succus eius cũ aceto cataplasmata Et si decoquẽtur radices eius cũ absinthio in aquã et oleo usque dũ sint bene excocta et embrocentur tympora ex aqua eorum ca et oleo et etiã si fiat ex fece emplastrum stringendo circa tympora resoluitur emigrãnea laboriosa difficilis Et caput purgari ex succo eius et proprẽ cũ succo et lacte pauco Educit enĩ ex via nasi superfluitates plurimas et valet ad fetorẽ nasi et ad dolorem capitis antiquũ et epylepsiã Et modus emplr̃acõnis que diximus resoluit apostemata grossa et dura et scrophulas et proprie per miscendo ei aliquid ex stercorẽ capraꝝ cũ melle Succus neõ eius et succus radicis ipius est medicina bona pdropicis extrahit enĩ aquã citriñã cũ fortitudine et similiter decoctio radicis ipius Et confert ycteĩcie et opillacõni epatis et splenis et confert sciatice iuuamentũ manifestũ emplr̃atũ et clistericatũ Pulvis uõ radicis eius cũ melle attenuat cicatricẽ fedam et remouet uestigia magna que remanẽt post percussiones Et fit ex succo radicis ipius et farina fabarum linimẽtũ bonũ abstergens sordiciẽ faciei et feditatem cutis Et fricatur morphea cũ radice ipius et aceto forti et aufert eã Et similiter valet ad lentigines Et scito q solucio ex eo qñ superfluit educat sanguinem continuatur succus eius ad terminũ et ẽ ad ministrado

post vj meses Dosis succi eius est a
granis x usque ad ʒ ij vel j et tria pul
veris radicis eius a granis xv usque ad ʒ
ß Et aque decoctionis radicum eius a ʒ
ij usque ad quatuor. Capitulum x
xxxiiij de centaurea etc. Recta etc.

Centaurea alia maior alia mi
nor inter quas distinguunt
proprietates note Electio Mi
nor melior est in omni re cuius folia minu
te et circa folia colorem habet palleare
et melior pars eius sunt flores et folia
ipsius Et melius tempus collectionis ipsius
est principium estatis Complexio et proprietas
Calide et sicce complexionis in 2º Et dixit ruf
fus est in principio 3ª Et est composita ex
partibus terreis adustis dantibus ei imper
fecte amaritudinem et ex partibus non ad
hustis cum per mixtionem aqueitate a qui
bus inest ei stipticitas Et est in ea de
dulcedine a partibus aereis in ipsa et ex
acredine aliquid a partibus igneis sed
amaritudo est in ea plus stipticitate eius
et stipticitas plus dulcedine et acredine
Et acredo est in ipsa remissa sine mor
dicatione: quare est ex maxime curatibus
vulnera primo sigillatibus ea primo est ab
stersiua excitatiua consumptiua superfluita
tum et solutiua ventris Et quando sup
fluit purgacio ex ea solucione educit
sanguinem aperit enim orificia venarum
apertione sanguinem manare faciente Du
bitauit autem homines in ea de eo quod dicit
apertiua venarum et effusiua sanguinis
cum sit sigillatiua vulnerum et sanati
ua Adhuc autem dixit alkindus con
fert sputo sanguinis et aggregat ad re
tencionem eius et sigillacionem loci mana
cionis eius Inquit eben mesue satis
facit in quesitioni per scrutacionem expositionis
ipsius Etenim amaritudo in ea et stipti
citas sunt sicut dominas que sunt ad
aggregandum magis et fit prima consecu
cio operationis per ipsas Adnante
enim virtus propinquior cum autem subtilitatur
calitas ipsius et acrimonia post longam
enim actionem cum agitacione in corpore fit
consecucio operationis a virtute subtile acu
te ipsius et calide quare operatur quod diximus
et non semper sed propter quando purgacio
superfluit Rectificacio Est ex faciectibus
solucionem tardam et est conturbatiua et
apertiua orificiorum venarum Confortatur
autem eius operacio cum aqua mellis et
oximelle et pauco sale vel aqua decoctionis
amcos mellita propter et salgema Et remo
uet cum hoc nocumentum 2m Et remouetur
tercium in administrando aliquid de masti
ce cum ea Coctionem autem et constriccionem ad
plenum sustinet Posse Solucione educit
flegma crudum et proprie inferior et colera citri
nam et materias a iuncturis et mundificat
neruos Et confert doloribus dolorum Et con
fert sciaticis inunamentum magnum emplastra
ta et clistierizata Et similiter emplastracio
ex ea confert dolori neruorum et constriccioni la
certorum et propter cum mica panis et sale
pauco et melle et oleo Et est medicina
opillacionum epatis et splenis Et prouocat
menstrua et sanat dolorem matricis et edu
cit fetum Et confert colice et dolori uen
tris et interficit vermes et solucione educit
eos Iuuamenta autem ex parte stipticitatis
sue sunt quoniam abscindit fluxum sanguinis et
sanat vulnera et mundificat ea et conso
lidat proprie difficilis consolidacionis et
propter puluis eius et vnguentum factum ex
ea Et vinum decoctionis ipsius est potens
ad hoc et propter ad fistulas et ulcera
maligna Et quidam dixerunt super incisio
nem quoniam si coquitur cum carnibus consolidat
eius partes diuisas Dosis eius est a ʒª
ʒ j al ʒ usque ad ʒ al ʒ j ß et in decoc
tionibus ab ʒ j usque ad quatuor
Capitulum xxxv de cartamo

Cartamus duorum est modorum: est
enim domesticus et siluestris Et
dixerunt quidam quod nil est ex spe
bus cartami et elongati sunt Electio
De quo loquimur est domesticus et melior
pars plante eius est semen ipsius post eos
flores eius et melius semen quod est album
et planum grossum et plenum medulla
cuius est ventuosa et pinguis et cortex
tenuis Et melior flos est sicut pili croci
Complexio et proprietas Calidus est
in primo et siccus in 2º et flos eius minus
est calidus: et siluestris minus est calidior
et siccior Est enim in eo virtus lacticiniorum
remissa Est autem cartamus abstersiuus
apertiuus conturbatiuus faciens nau
seam Et inest ei virtus educendi per vomitum
et per ventrem et eius iuuamentum est per vium et
malum nocens stomaco multum Et dicitur
quod caseat lac in mamillis et stomaco Rectifi
cacio Nocet stomaco facit fastidium et e
tarde et debilis solucionis Et dimittit
vestigia lenitatis in visceribus Emenda
tur autem nocumentum primum ex eo per misce
do aliquid ei ex medicinis stomaticis sic

anisuz proprie et galanga et mac et sili
a Et confortatur eius solucio et emendat
nocumentum quod imprimit in intestinis per
miscendo cum eo aliquid ex medicinis acu
tis sicut cordumenum proprie et zinziber et
sal panis et salgemme et silia ¶ Inquit
paulus accipe medulle eius ʒ x· cordu
meni aure· ij· fac ex eis grana sicut Cicer
et da quinque soluit enim sufficienter Dixit
etiam liga ex medulla eius quantitatem
sufficientem in panno et suspende in oxi·
melle quando coquitur et erit solutiuum proprie
si oximel fuerit squilliticum ¶ Inquit al
kansi· Accipe medulle ipsius aure· xij·
penidiarum aure· iiij· cordumeni zinziberis
ana aure· j· aggregentur omnia cum melle et
fiant forme sicut nuces et da ubi opor
tet· j· uel· ij· ¶ Et dixit Gal' decoquatur
medulla eius in iure galli aut galli
ne cum speciebus et propinetur ubi opor
tet Et dixit etiam ex medulla eius et ter
tia ponderis ipsius ex amigdal' et sexta
ex pineis aggregentur omnia cum melle coc
to et succo squille fit looch mundificativum
mirabilis ad ea que diximus Et extrahitur
ab ea oleum unguentorum multorum et eius o·
peracio est sicut operacio olei de behen et olei
de amigdal' Posse Dolucione educit
flegma per vomitum et ventrem et similiter aquo
sitates Et valet ad egritudines ex eis
sicut est colica· et cum clisterizatur similiter va
let et mundificat pectus et pulmonem
et propter looch predictum et alij modi ad minis
tracionis eius et clarificat vocem et similiter
oleum eius Et usus ipsius in sperimate aug
mentum efficit: flos vero eius cum aqua
mellis remouet ytericiam· Dosis eius est
a ʒ· iiij· usque ad aure· v· et flores eius a
ʒ· j· usque ad aure· ij· Capitulum xxx
vj· de been Rubrica

Been est granum almessus: et eius
aliud magnum· aliud paruum· Mag
num autem est in magnitudine
fructus auellane triangulatum· paruum
vero est sicut Cicer et utrumque habet me
dullam unctuosam leuem et albam Electio
Maius in colore est: paruum vero malignum
est· magnum autem melius cuius cortex est
albus planus tenuis et cuius medul
la est alba leuis multe unctuositatis
et quanto antiquius est melius est et
sub nigrum declinans ad albedinem· et cuius
medulla est unctuosa alba et leuis
et antiquum melius recenti est Complexio
et proprietas Magnum calidum est in primo

tertij siccum in 2° et in ipso est humiditas sup
flua cum acredine et est maxime abster
sivum mundificativum et apertivum opillacionum
subuersivum viscerum et conturbativum propter sup
fluitatem superfluitate eius superflua prouo
cans ad vomitum Et minus fortius est in
omni re faciens operaciones suas difficiles
et laboriosas producentes ad casum virtutis
et frigidum sudorem Rectificacio paruum
prohibenda est ad ministracionem nisi in em
plastris et fricacionibus et olei ipsius similiter
nisi in unctionibus Magnum autem malici
a est corrigibilis et sunt corrigibilia in
eo· nocet enim stomaco faciens subuersionem
et est laboriose solucionis et tarde Et nos
diximus in canone quod assacio ipsius resoluit
ab eo et maturat humiditatem superfluam
et acrem causam ad subuersionem et nauseam
et dimittit ei ut sit solutivum per ventrem
tantum· semen autem feniculi et anisuz cum eo
rectificat nocumentum paruum et propter mix
ta actionem eius Et fiunt ex medulla ipsi
us post coctionem eius et medio ponderis ex
amigdal' dulcibus et melle passularum
forme sicut auellane et sunt mundificativi
magni ubi oportet ¶ Operacio decoctio
nis eius Accipe ex eis integris quanti
tatem quam volueris et involue in pasta
et coque in cinere calido uel extrahe me
dullam eorum et tere contricione multa et
pone ex seminibus et speciebus aliquas et
involue papiro et desuper involue pas
ta et fac sicut superius est dictum: Oleum
autem eius extrahitur sicut oleum de amigdal'
Posse Proprie per ventrem et per vomitum educit
flegma acutum et grossum: et est medi
cina mirabilis ad ~~colera~~ flegmatica et ve
tosam et etiam clisterizatum et suppositum.
et fit emplastrum ex medulla eius et fari
na ordei et melle et resoluit apostema
ta dura et scrophulas et cum melle tantum
valet similiter ad egritudines neruorum fri
gidas sicut est contractio et spasmus
etenim calefacit eos et lenit duriciem eorum
et nodositatem Et emplastratur super epar
et splenem et propter cum farina lupinorum
et spica et confert duriciei et opillacioni
in eorum Been autem paruum emplastratum in
egritudinibus iam dictis est virtuosius
et similiter oleum eius Oleum autem de been con
fert vestigijs ulcerum et lentiginibus et
feti feditati cutis et morphee et distilla
tum in aure confert dolori eius et tin
nitui et sonitui in ipsa et surditati et
sibilo Dosis eius est a ʒ· s· usque ad· j· s·

/· colica

Ad educendum ~~[illegible]~~ [illegible] flegmatica

Ad resoluendum scrofulas et apostema dura

Con[tra] duriciem splenis

[illegible] de been [illegible]

Capitulum xxxvij de lapid armeno

Lapis armenus inquit alexan
der a verificatoribus in vento
est pregativa habē in educē
do coleram nigram: cuius operaco ē in co
lunioz ellebozo nigro et virtuosior lapide
lazuli **Electio** Melior est habens colo
rem mediu inter viride et obscuru tre
um et indu· et habet macular distinc
tiones vides et nigras et qui no est
in timi lapidis primo est facilis disso
lucionis et pulverizabilis et qui est le
nis tactus carens asperitate **Complo
et propetas** Calide complexionis est in
principio 2i et sic in primo· et est resolu
tiuus abstersiuus et est exturbatibus et
subuertentibus stomachu et educit p vo
mitu et p ventre **Rectificacio** Nocet
stomacho generans subusione et fa
ciens cu angustia solucionem Et dixit
alexander no lotus solvit p ventre· et
cu labore· lotus aut solvit p ventre et
sine angustia Ars aut in lavado
ipm est hec teratur cu facilitate in va
se lapideo· deinde fundat sup ipm aq
dulcis et lavet sic terēdo et fiat illud
tergesies et in novedo aqua et ad
Oleum de granis sisami impinguat et addit in formate et lenit duricies et asperitates et clarificat vocem et lenit gutturem et est materia multorum oleorum Et modus compositionis eius est sicut olei amigdalarum preter quod oportet ut grana sisami prius excorticetur Et hic est modus excorticationis eius. mundetur sisamus ab immundicijs et irroretur usque dum madefiat deinde expandatur ut exiccetur post illud assatur assatione modica et ponatur in sacculo parum asperi et fricet multum usque quo excorticetur deinde mundetur a corticibus et molatur in mola et fiat alrachime et de cetero trahatur oleum sicut de amigdalis Et quinque trahitur oleum principale excorticetur Et eius operatio est ut assetur zizamus primo deinde molatur et fiat alrachime et trahatur oleum sicut diximus Oleum de semine

Oleum de semine lini confert lini ad spasmum et lenit duricies nervorum et iuncturarum et egritudinibus ani est medicina magna et egritudinibus emorroydarum et ragadie et doloribus pulsatiuis Et modus compositionis eius est sic olei sisami preter quod non oportet ut excorticetur semina lini. Oleum de granis papaveris

Oleum de granis papaveris confert febribus et sefati et lenit pectus et multe asperitatis et impinguat Et modus operationis eius est sicut olei de semine lini Oleum de semine lactuce

Oleum de semine lactuce valet sic oleum de papavere Et eius operatio est sicut illius Oleum de semine

Oleum de semine cucumeris citrulli melonis cucurbitarum et de semine citrulli et melonis conferunt febribus inflamacionis et omni inflamacioni et ardori urine Et sunt efficacia Et modus compositionis est sic dixi de sisamo excorticato sive separati sive coniunctim facere volueris

Ex multis autem seminibus olea fieri possunt et habent virtutes eorum de quibus sermonem non extendimus et ex multis nucleis fructuum siti et exemplis fructibus quorum operatio est silis eorum que diximus

Fiunt autem olea per impressionem sicut imprimit forma sigilli in tabuli suscipe illa et propter quando

aliquid stans sicut materia ponit in necessitate facti abile ut recipiat virtutem quam res alia sortita est a specie sua Et modi oleorum huius compositionis diversi sunt et nos habemus diversitatum modos multos tradenus

Oleum rosatum Oleum rosatum

Oleum completum est confortatiuum et resolutiuum conveniementer et sedatiuum dolorum et lenitiuum Rude vero est extinctiuum inflamacionis et confortatiuum aggregatiuum inspissatiuum et prohibitiuum cursum quod potentissimum est potatum ad dissinteriam et ad fluxum materierum per corpus Et differt completum a rudi quoniam completi materia est ex oliuis complectis et folijs rosarum completarum. Rude autem materia est ex oliuis quibus non dum accidit complecio et maturacio et ex folijs rosarum que non dum resignauit nodos suos Et modus operationis eius est ut accipiatur oleum de oliuis aut oleum sisaminum recens et lauetur cum aqua fontium lauacionibus pluribus deinde accipe folia rosarum recencium consisarum quantitatem sufficientem et sepelias in oleo quod modo lavasti et reconde in vase vitreo et obtura orificium eius et exponas soli per dies septem. deinde coque in vase duplici per horas tres deinde fac permutacionem foliorum rosarum et utere alijs recentibus et dimitte per alios vij dies deinde excerce coctionem in eo ut prius fecisti et fac denuo permutacionem foliorum rosarum Et proice super illud aque infusionis rosarum quod tradimus in capitulo de syrupis sicut quantitas olei et stringe orificium vasis et dimitte in sole per dies xl. deinde cola et iterum expone soli et dimitte tempore extensio Modus operationis eius alius acquirit ex hoc quod dissoluitur Accipe succi rosarum et aque infusionis rosarum partes pondere cum parte una olei loti et parati sic diximus de operatione eius et permixtione foliorum rosarum et expone in sole. Post illud quod diximus et eandem per mutacionem succi et aque infusionis earum recondit in vase et exponatur soli per xl. dies Tercius modus operationis eius est Accipe amigdalarum dulcium et purgatarum quantitatem quam volueris et tere in pila contricione ultima. deinde quantitatem earum cum folijs rosarum tritis iterum tere cum eis et fac pastones et dimitte in loco calido per diem unum deinde tere et malaxa in pila malaxacione ultima sine intermissione et fundatur super illud aque infusionis rosarum parum calide et indesinenter malaxa et manabit oleum vel tamen vero malaxa et exprime in zacharali cum autem expresseris totum pone in vase vitreo et stringe orificium eius et expone soli et ut ubi

oportet // Modus operacionis eius quartus
est sicut diximus de operacione eius cum amigdal'
hic nunc dicendum est debet fieri cum sisamo ex
corticato sed amygdale sunt melior materia
ad oleum rosarum rude et sisami ad oleum completum

Oleum Camomillinum

Oleum camomillinum est benedictum expertorum medica
mentorum · est enim resolutivum comprimens
eius sedativum doloris et est in eo prohibitivum car
sum maturorum propter stipticitatem eius modicam et
confortat nervosa omnia / Et modus operacionis
eius est sicut olei rosarum preter quod oportet ut fiat
ex oleo de olivis completo aut oleo sisamino
cum modis composicionum quas diximus

Oleum violatum

Oleum violatum inflamacionibus sedat ubicumque sint et lenit
asperitates pectoris et pulmonis
et sedat apostemata calida et pleuresim ·
Et modus operacionis eius est sicut olei rosarum ex
cepto quod debet fieri cum oleo amygdalino cum
aliis modis composicionum quas diximus

Oleum Anetinum

Oleum anetinum sedativum
doloris resolutivum et sudoris provoca
tivum quae confert rigori febrium in
unctum in spina et membris nervosis et provocat
sompnum et confert dolori capitis Et resolvit
apostemata et duricies Et modus operacionis
eius est sicut olei camomillini

Oleum de lilio :-

Oleum de lilio confert dolori
pectoris et est sedativum doloris qui fit
a frigiditate et confert dolori matricis
et frigiditati eius et calefacit renes et ve
sicam et confert colice Et modus operacionis
eius est sicut olei camomilli preter quod oportet
ut citrinitas earum abiciatur tota / Et secundus
modus operacionis eius est Accipe ex fol' lili
orum ℥ viij · mastice calami aromatici costi car
pobalsami ana ℥ j · grana Cinamomi eleri ana ℥ ·
℥ aceti ℥ iiij · omnia preter folia liliorum infun
dantur die ac nocte · postea bulliat ebulli
cione una aut duabus · deinde proice olei
sisami aut olei de olivis completis super ea lib.
ij · et pone in vase vitreo cum foliis liliorum
et pone in sole per dies xl · deinde cola et ad
ministra Oleum aut de lilio quod fit de liliis
yreos est magis resolutivum calefactivum pe
netrativum factum · aut ex liliis notis est ma
gis sedativum lenitivum et maturativum

Oleum yrinum

Oleum yrinum
est abstersivum resolutivum et matura
tivum et sedativum dolorum frigidorum
et subtiliativum et maturativum materiarum matierarum
que sunt in pectore et pulmone · et confert dolo
ribus epatis et splenis et calefacit ea et
confert dolori et frigiditati matricis innamentum

manifestum et confert spasmo et distillacionum
in aure confert dolori eius et fetori narium
Et modus operacionis eius est Accipe radi
cum eius quantitatem quam volueris florum
eius duplum et aque decoctionis radicum
eius quantum sufficit infunde super ea oleum
sisaminum · aut oleum de olivis maturis quan
tum oportet et decoque in duplici vase
deinde permuta radices et folia liliorum et
fac sicut diximus de oleo rosarum

Oleum sambucinum

Oleum sambucinum lenit et
mollificat cutim et confert doloribus
nervorum et confortat eos Et modus ope
racionis eius est sicut olei camomillini

Oleum de lactucis

Oleum de
lactucis confert sicut oleum de papa
vere et fit sicut illud

Oleum de melliloto

Oleum de melliloto confert sicut oleum
de Camomilla et fit sicut illud

Oleum de papavere

Oleum de papavere
sedat dolores calidos et facit sompnum
et modus operacionis eius est sicut olei viol'

Oleum de Cucurbita

Oleum de
cucurbita confert sicut oleum de nenufare
et fit sicut illud preter quod fit ex succo rasure
cucurbite et floribus eius et oleo

Oleum de Citoniis

Oleum de citoniis
stomachum et membra nutricionis
confortat et nervis quibus accidit
laxitas et prohibet multitudinem sudoris Et
modus operacionis eius est Accipe carn
em citoniorum tritorum cum corticibus suis qui
bus accidit media maturacio et succi eorum
ana partes equales olei ex olivis incompletis ·
quantum sufficiat pone in vase mundo vitreo
per dies xv · ad solem deinde coque in dupli
ci vase per horas · iiij · post illud fiat permu
tacio citoniorum et succi eorum et fiat sicut
diximus bis vel ter · deinde cola et serva

Oleum mirtinum

Oleum mirtinum
stomachum et cor confortat et nervos
Et modus operacionis eius est sicut olei de
citoniis

Oleum de pomis Jabrole ·

Oleum de pomis Jabrole et sunt
poma mandragore et confert infla
macionibus omnibus et facit sop
num Et modus operacionis eius est Accipe
expressionis eorum completorum et olei sisamini
ana partes equales et coque in vase duplici
usque ad succi consumpcionem · deinde cola et
repone in vase cum expressione eiusdem et
sit quarta pars et utere

Oleum de Enula

Oleum de Enula est calefactivum reso
lutivum et confert rigori febris et ad
egritudines frigidas nervorum

et matricis et vesice et resolvit morbos
ventositatum et colicam ventosam ¶ Et modus
eius operacionis est Accipe radicum enule c-
tuse et succi radicum eius et oleum sisami
ana partes equales vini odoriferi partem .s. fiat
sicut diximus in oleo mirtino ¶ Alius mo
dus operacionis eius est adde pro unaquaque
predictorum foliorum lauri cordumeni spice
nardi calami aromatici ana vi. partem .i. co-
que sicut diximus Oleum de Cinamomo

Oleum de Cinamomo confert sicut oleum
de enula et opus eius est sicut il-
lius Oleum de savina :—

Oleum de savina confert sicut oleum
de enula et fit similiter Oleum
Oleum de Ruta renes de Rutha
et vesicam et matricem calefacit et
confert doloribus eorum et dolori laterum et mo
dus operacionis eius est sicut olei mirtini

Oleum Oleum nardinum
nardinum est oleum benedictum
multorum iuvamentorum et proprie
ad omnes egritudines ventositatis et frigi
ditatis et proprie nervorum stomaci et epa
tis splenis renum et vesice et matricis
et confert dolori aurium ventoso et dolori
capitis et emigranee secundum omnem modum ad
ministracionis eius ¶ Confectio eius pur-
gat et colorem corporis efficit bonum et
odorem ¶ Et modus composicionis eius est
Recipe spice romane ℥ iiii. vini et aque ana
℥ ii .s. olei sisami ℥ .s. decoquatur in vase
duplici lento igne et durat horas iiii^or
et frequenter moveatur omni hora ¶ Secun
dus modus operacionis eius est Recipe spice
inde ℥ iii. olei sansuci ℥ ii. xilobalsa-
mi enule folii indi calami aromatici foliorum
lauri squinanti cipi cordumeni ana ʒ i .s.
proiciatur super ea postquam fuerint bene
contrita vini et aque fontis quantum suffi
cit olei zizami libras vi. deinde fiat sicut primo
et coquatur horis vi. ¶ Tercius modus
composicionis eius est Accipe spice inde ℥ iiii
storacis gariofili ana ℥ iii. nucis muscate
℥ v. olei balsami libras iiii. fac sicut illud
et coquitur horis quinque Oleum masticinum

Oleum masticinum confortat nervos et iuncturas et lenit a-
postema dura et sedat dolorem
Recipe mastice ℥ iii. olei sisami sextarium i. coque
in vase duplici ¶ Secundus modus compo
sicionis est Accipe olei rosarum ℥ xii. mastice
℥ iii. vini boni ℥ viii. decoque sicut pri-
mum ad vini consumpcionem Oleum
de storace confert doloribus i-

Oleum de storace confert doloribus iunc
turarum et nervorum a frigiditate
et matricis et renum et vesice cale
facit enim ea et lacertos ¶ Accipe olei sisa
mini ℥ xii. storacis ℥ iii. fac sicut oleum masti
cinum. Deinde coletur et administretur

Oleum costinum Oleum costinum
nervos et lacertos calefacit et aperit
opillaciones eorum et confortat omnia
nervosa et confert stomaco et epati et confor
tat capillos et prohibet canicie et facit co-
lorem et odorem corporis bonum ¶ Modus com-
posicionis eius est Accipe costi amari ℥ ii. cas-
sie ℥ i. extremitatum sansuci ℥ viii vini odo
riferi quantum sufficiat ad infundendum nocti
bus duabus olei sizami libras ii. coquatur sicut
nardinum horis vi. Oleum de Alkana

Oleum de alkana confortat membra ner
vosa et capillos prohibet a canicie
Accipe florum Alcane ℥ iiii. olei anti
qui ℥ x. fiat oleum sicut rosarum In defectu autem
florum fiat cum foliis et iteretur coctio eius
cum modico vino Oleum de sansuco

Oleum de sansuco confert dolori capitis
et confortat stomachum et fit sicut
oleum de mirto et confortat et ca
lefacit nervos Oleum de mezereon

Oleum de mezereon confert ydropisi
et ulceribus fraudulentis et abster
git feditatem cutis ¶ Et modus
composicionis eius est Accipe florum mezereon
℥ iiii. et proice super ea aque dulcis et lactis
recentis ℥ vi. olei sisami ℥ viii. coquatur
usque ad lactis et olei consumpcionem deinde co-
letur et reponatur Oleum de alhasce

Oleum de alhasce et est oleum ..—
et confert doloribus renum et vesice et
yliorum et difficultati urine et pro
prie in iectum per foramen virge aut facto ex
eo clistere ¶ Et modus composicionis eius est
Accipe alsce ℥ iiii. zinziberis ℥ i .s. funde super
eo in vase vitreo succi extremitatum alhasce
℥ iiii. olei sisami ℥ xiiii. aque dulcis quantum
sufficit et coque usque ad aque consumpcionem
¶ Modus alius operacionis eius Accipe q bi-
bitur et inungitur super loca dolencia et fit
ex eo clistere et confert doloribus iuncturarum
et confortat eas et confert doloribus renum
vesice et dorsi et dolori yliorum et colorem
efficit bonum et augmentat desiderium coeundi
Dosis eius est ℥ i. cum rob aut vino aut a-
qua mellis Accipe olei sisami et succi alhas-
ce et lactis vaccini recentis ana libras ii al-
pemdiarum ℥ v. zinziberis al. ʒ xii. decoquatur
usque ad lactis consumpcionem

Oleum de Cucumere azinino

Oleum de Cucumere azinino confert cum virtute doloribus iunctuarum et fit ex eo caput purgium ad dolorem capitis et emigranea et epilepsia et valet ad narium fetorem et distillatur in aures propter scrophulas et confert surditati et delet pannum et vestigia nigra Et modus compositionis eius est Accipe succi cucumerum conpletarum oli sisami ana partes equales coque usque ad succi consumpcionem Modus etiam alius est acci succi et radicis eius contritarum ana lb. j. oley sisami lb. v. coquatur sic dictum est et ad misceetur

Oleum de pomis citragli

Oleum de pomis citraguli confert doloribus iunctuarum et allengi Et modus compositionis eius est Acci poma citraguli sunt prope antiqua numero xij. et pone ea integra in vase figuli vitreato et funde super ea oley de olivis aut oley sisami ℥ xxvj. aut plus secundum magnitudinem aut paucitatem citrangulorum et aque fontium et aque marine ana lb. j. coquetur usque ad consupcionem aque deinde funde super ipsum aque dulcis clare lb. j. ß. et pone super ea pemdiarum ℥ viij. decoque usque ad aque consupcionem et admisceetur in cibis et potibus et pulmentis de farina Dosis eius ab ℥ j. usque ad iij.

Oleum de Croco

Oleum de Croco confert egritudinibus nervorum et confortat eos et lenit duriciem eorum et confert spasmo et doloribus matrice et colorem efficit bonum Et modus compositionis eius est Recipe croci ℥ j. mirre pure ℥ iiij. cardumei ℥ x. calami aromatici ℥ viij. infundatur medicine in aceto diebus quinque preter cardumenum diebus vj. deinde fundatur super ea oley lb. j. ß. et decoquatur lento igne usque ad aceti consumpcionem et sunt qui ponunt vinum loco aceti

Oleum de pipe[ribus]

Oleum de piperibus expertum ribus ad egritudines nervorum frigidas sicut est paralisis spasmus et tortura tremor et mollificacio et confert ad epilepsiam et veram sciaticam et dolores iunctuarum et dorsi et colicam et aperit oppillaciones et confert matrici iuvamentum manifestum et calefacit eam et confert humiditati eius et confert dolori ani a frigiditate et dolori renum et vesice et frangit lapidem Accipe trium piperum ana ℥ iij. kebul bellic. emblic. et yndorum ana ℥ v. radice apij fen. ana ℥ iij. ß. sapi oppoponacis musquiai albi ana ℥ ij. ß. turbit albi boni ℥ xij. zinzib. ℥ iij. cant. recentis hasce humide foliorum rute humide de singulis quantum manu capi potest decoquetur omnia post contricionem eorum cum aque lb. xxiiij. usque ad terciam partem deinde colet et proiciantur super ea olei de kerua emine ij. et coquatur usque ad consupcionem aque Et ex hominibus sunt qui addunt in eo yreos ℥ vj. cassie ℥ ij. amisi cardumeni ana ℥ j. ß. calami aromatici ℥ ij. ß. spice inde ℥ j. expressionis alhaste sextaria tres et administret ubi oportet et sunt qui loco olei ponunt oleum yrinum aut oleum de keyri aut oleum de amigdalis amaris aut ex omnibus partes convenientes

Oleum de euforbio

Oleum de euforbio est medicina solempnis ad egritudines frigidas et dolori earum et dolori iunctuarum et splenis et epatis et fit cauterium ex eo ad zodam et emigranea et litargia Recipe euforbij ℥ ß. oley de keyri ℥ v. vini odoriferi tantudem coque usque ad vini consupcionem et utere Alius modus compositionis eius est Recipe condisi stafisagrie ana ℥ iiij. piretri ℥ vj. succi calamenti montani ℥ xij. costi ℥ xij. castorey ℥ v. et coque in vase vitreo cum vini odoriferi lb. iij. ß. postquam infusa fuerit in eo diebus duobus usque ad medium vini deinde frica manibus fricacione vehementi et coletur et funde super ipsum oley de keyri aut oley sisami lb. ß. et decoquatur usque ad consupcionem vini deinde proice super ipsum euforbij recentis et albi triti contricione multa ℥ iiij. coquatur cum eo et admisceetur

Oleum vulpinum

Oleum vulpinum et est medicamen nobile ad arthetica et podagram et dolores dorsi et renum Recipe vulpem integram cuius interiora sunt evulsa et funde super ipsam aque fontium et aque marine ana kist duos oley antiqui clari kist ij. ß. decoque lento igne cum sal. ℥ iij. usque ad aque consupcionem deinde pone in vase et proice super ipsum herb. aneti alhasce ana lb. j. et funde super ea aque dulcis ut cocte fuerint ex eis herbe ana an j. decoque sicut fecisti prius usque ad aque consumpcionem et administra est n mirabile Et quinque preter oleum coquitur vulpis in aqua fontium et aqua salsa et sit aque quantitas multa cum eisdem herbis et administratur lavando in tina et est efficax Hoc quoque non pretermittimus quod vulpis tam diu debet decoqui sive in faciendo aquam sive in faciendo oleum ad balneandum donec cocta sit et omnes

artus eius laxentur et dissoluant(ur)

Oleum de Serpentibus

Oleum de serpentibus mundificat cutim et sanat impetigines q(uod) ita fit R(ecipe) ex serpentibus nigris circiter lib(ras) ij et sint serpentes integri et funde super eos oleu(m) sisami lib(ram) i ß in vase vitreato t(er)reo stricti orificij et sigilla orificium eius et decoque lento igne usq(ue) dum dissoluatur serpentes. et caueat sibi opa(ra)tor a vapore eius. et du(m) decoctu(m) fuerit dimittat(ur) in frigidari recondat(ur) in vase vitreo et ad ministrat(ur) linimento cu(m) penna

Oleum de scorpionibus

Oleum de scorpionibus lapidem in renibus et vesica frangit et expellit et prop(ri)e in renibus inunctu(m) in renibus et femor(e) et sup(er) collu(m) vesice et in unctu(m) p(er) virga(m) expellit eu(m) et fit hoc modo R(ecipe) scorpiones circa(?) xx vel plus vel min(us) s(ecundu)m eoru(m) quantitatem et pone in vase vitreo et funde desup(er) oleu(m) amigdal(arum) lib(ras) ij et stringe caput et dimitte in sole diebus xxx tunc cole et utere ¶ Alius modus R(ecipe) aristologie rotunde genciane cipi cortic(is) cappar(is) an(a) ℥ i funde super ea oleu(m) amigdal(arum) amarar(um) lib(ram) i dimittatur in sole diebus xx deinde proice sup(er) ea ex scorpionibus a x usq(ue) xv et iter(um) stringe orificiu(m) eius vas(is) et dimitte in sole diebus xxx deinde cole et repone et est mirabile de quo pacie(n)s post q(uam) tinctam egreditur inungat(ur) sic diximus et ex eo p(er) virga(m) iniciat(ur) modicum hora post hora

Oleum de ranis

Oleum de Ranis (con)fert Arthetico dolori et podagre calidis et inungat(ur) sup(er) tempora in febribus inflamacionu(m) et facit sopnu(m) q(uod) ita fit R(ecipe) Ranaru(m) aquaticaru(m) capita circiter lib(ram) ß et fude sup(er) ea in vitreato vase oleu(m) sisamum lib(ram) ß et obstrue orificium vas(is) et decoque sic diximus in oleo de serpentibus

Ex multis rebus fiunt olea s(ecundu)m hunc modu(m) quo rerum ex quibus fiunt v(ir)tutes habent de quibus multi sapientes scripserunt in quibus s(er)mone(m) no(n) intendim(us)

Fiunt autem olea p(er) resolucionem divers(is) modis de quibus s(er)monem aggredimur cu(m) dei largitate et exponemus explanaciones mirabiles de quibus laciori modo loquem(ur) que sunt occulta in rebus manifesta detegunt hab(et) enim aggredimur res huius modi cupide sunt et famose cu(m) illis

Oleum de ovis

Oleum de ovis

Oleum de ovis in multis exp(er)tum est cutim mundificat impetigine(m) s(er)pigine(m) et alios morbos cutis curat et (con)fert fis tulis et ulceribus malis et fit hoc modo R(ecipe) vitella ovoru(m) elixatoru(m) circit(er) xxx et (con)minue ea manibus et pone in sartagine lapidea et frige sup(er) ignem et move cu(m) ligno aut cocleari ferreo donec rubescat et resoluat(ur) ab eis oleu(m) tunc exprime ea cu(m) cocleari et habundancius emanabit ¶ Alius modus R(ecipe) vitella ovoru(m) elixatoru(m) et (con)minuat(ur) molendo cu(m) mola deinde malaxent(ur) manibus sic dictu(m) est in capitulo de amigdal(is) et manabit oleum ¶ Tercius modus est ut distillet(ur) in cuzola et alembico sicut in oleo fisicoru(m) diximus

Oleum de frumento

Oleum de frumento impetigines et cutis asperitates sanat et fit hoc modo R(ecipe) pone frumentum sup(er) lamina(m) ferrea(m) et sup(er) ipam laminam ferrea(m) ignitam non multu(m) et (com)prime et manabit oleu(m) ¶ Secundus modus ut ponat(ur) frumentu(m) excorticatum in vase sublimacionis et fit sic diximus

Oleum sinapinum

Oleum synapinu(m) doloribus (con)fert frigidis et litargie et oblivioni et fit sicut oleum de frumento

Oleum de iuniperis

Oleum de iunip(er)o (con)fert in fectonibus cutis et malo morbo tibiar(um) s(er)pigini cancro et ulceribus malis et ita fit R(ecipe) ex lignis iunip(er)is quantitatem sufficientem et incide in frusta et imple ex eis doliu(m) magnu(m) vitreatu(m) interius cui(us) orificiu(m) sit artu(m) et fac fovea(m) in t(er)ram figuli deinde pono ollam vitreata(m) ex directo in fundo fovee habentem orificiu(m) amplu(m) et cohop(er)iat(ur) lamina ferrea subtili p(er)forata foraminibus multe sicut cribratoru(m) tritici ita q(uod) lamina undiq(ue) orificiu(m) olle cohop(er)iat deinde sup(er) lamina(m) (com)p(on)et(ur) orificiu(m) dolei e(x)t(er)ius verso et (com)p(ar)et(ur) cu(m) t(er)ra figuli ut nullu(m) ex utrisq(ue) orificijs respiret post accende ignem sup(er) totu(m) corpus dolij et dimitte sic ardere p(er) duas horas manab(it) enim de hac arte de lignis oleu(m) reconde ipm et administra ubi o(portet)

Oleum de fraxino

Oleum de fraxino valet sic iuniperus oleu(m) de iunip(er)o et (con)fert splen(i) et

fit sic illud **Oleum philosophorum**

Oleu phicoru est oleum in quo
antiqui agregati sunt et veri
ficaverut illud oleu esse oleum
secretoru iuvamētoru Et alij dixerunt
illud oleu sapiencie Alij oleu benedictuz
Alij divinu Alij sanctu Et a pluribus oleu
perfecti misterij vocatu est Et in eo est
virtus calefactiua resolutiua penetratiua
consuptiua superfluitatum et confert epilepsie
vertigini oblivioni paralisi iuvamentu
magni et egritudinibus nervoru et iunc
turaru frigidis et podagre et dolori dorsi
et genuum et splenis et renu et vesice
et matricis Est aut modus eius alius quod
fit a natura et profert illud minera et est lo
cus manacionis eius ex insulis et scopu
lis maris et vocatur napta cuius tres sunt
modi est enim quoddam subalbidu et quod
dam subrubeum · est post illud aliud uero
postea Et est aliud quod fit ab arte ¶ Cuius
modus est Accipe ex lateribus antiquis
factis ex terra rubea et comminue illos in
frusta et accende super eis ignem car
bonu sine fumo donec inflamantur
et rubeat · deinde subinge eos in cocliari
al' vesica plena oleo albalkil alias
ascebral aut oleo antiquo claro donec
imbibantur inbibicione ultima et pone
in casula et dimitte per situatu per se · post
illud comminue illos comminucione ultima
et pone in casolam Et sigilla orificiu
casole cu orificio Alembici et sigilla cu
sigillo alchimistaru et pone in fornace
cuius ignis sint prune et coquatur usque
du distillet oleu · et tu ordinabis super
rostro cum alembico in quod fluat ole
um deinde reconde illud et stringe orifi
tium vas in quo recondis et administra
ubi oportet Et quanto est antiquius tan
to est melius

Finem huius grabadin accipit
iste locus quare gratias omniu
largitori bonoru referrimus
qui auxiliatur nostris laboribus et
statuit lume in tenebris et in labore que
tem Amen

pulvis optimus valens ad [illegible]
[illegible] / [illegible] cum [illegible] cum [illegible]
purgat [illegible] / capitis
dolorem removet / [illegible] pectoris
et splenem mundat / tussim [illegible]
[illegible] sedat / pectus mollificat
stomachum calefacit / [illegible]
digestionem bonam facit / paralisim
curat / [illegible] lapidem [illegible]
[illegible] / colorem bonum
facit / et totius corporis sanitatem
[illegible] 4 [illegible] pulveris [illegible]
[illegible] ad [illegible]
ut [illegible] plus Cum [illegible]
[illegible] galange [illegible]
[illegible] zedoarie [illegible]
[illegible] piperis [illegible]
[illegible] pulvis [illegible] albi [illegible]
[illegible] fiat pulvis [illegible]
[illegible] quibus adde
[illegible] volueris

Sanat solus lang
wores deus · et de
fragilitatis solio
produxit in largi
tate sua medicina
cionum benedictus
gloriosus et excel
sus tm · tn auxiliari non desinens cu
randi doctrinam timentibus eum explica
uit Totus igitur dei timor preueniat
et principiet opera tua et facilitabit
ea · tamen considera ne te Amor · aut
odium circumueniat ut declines a recto
Est enim gloriosus et excelsus qui iudicat
sunt et celi qui arguunt · elementa que
seruiunt · et si non aliud super est in poster
cruciatus gehenne · Inquit gal' noli
te pauarum egritudinum curare omnis susci
pere · ne nomen suscipiar subeatis mali
medici Per omnia O tu corporum cu
ram gerens auxiliari non deferas: quia
semel subeunti pereunti nulla deinde suf
fragia prosunt Racio clamat ad
inditum si misericordiam deseris stul
te de largo tributis gaudens parua
negans Triste igitur ne cerne haben
tem recitum domini dei ut si habundanter
de spinis largitate susceperis · ne parcus esto
parum plura et magna exuberant
Demum in cunctis perpone et preponet te
honora eum · et honorabit te · time eum
et securus cuncta operieris · Non diuer
tas dum recta potes Nomen enim et rem
habet medici quem nulla mouet · quem
constancia morum · Incessus grauitas et ser
monum onus insigniunt · gestiunt munera
quidam ad vitam · sed melius est nomen pre
clarum cunctis diuiciis Animum exultat
qui experta habet ille multa que numquam
tractauit · Ideo experta tua sunt in quibus
considerasti fecisti Trisectum erit opus
hoc quod aggredior Et prima erit sectio de
medicinis egritudinum particularium que
sunt a capite usque ad pedes 2ª de me
dicinis vniuersalium 3ª de medicinis
que sunt ad ornandum et decorandum
Prima igitur sectio continet v particulas
prima est de medicinis egritudinum capi
tis membrorum · 2ª est de medicinis egritudinum
membrorum seruiencium spiritui · 3ª de me
dicinis egritudinum membrorum nutritiuis
Quarta de medicinis egritudinum membrorum
expulsionis Quinta de medicinis egritudinum
iuncturarum Secunda sectio continet qua
tuor particulas · prima est de medicinis ad fe

bres Secunda de medicinis apostematum
Tercia de medicinis solucionis continuitatis
et separacionis continui Quarta de venenis
Tercia sectio est summa singularis et
sic capiet hoc opus in toto · decem particulas
quas autem per summas distinguemus et per capitula
cum auxilio et gratia spiritus dei benedicti et gloriosi
Prima autem particula sectionis prime conti
net octo summas Summa prima de medi
cinis egritudinum capillorum · Summa 2ª
de medicinis egritudinum cutis capitis
Tercia de medicinis egritudinum cerebri
Quarta de medicis egritudinum neruorum
Quinta de medicinis egritudinum oculorum
Sexta de medicis egritudinum aurium
Septima de medicinis egritudinum nasi
Octaua de medicinis partium oris egritudinum

Repleat igitur spiritus dei precepta
hic misericorditer gratia sua · et
secundum quas extra medicinas ad
usus indigencium edidit fecunditate perfere
te salutem: qui sine ipso nichil incolume
et ab ipso sanatiuum omne

De casu capillorum

Cura huius egritudinis
est tres res · prima est occupacio
circa capitis mundificacionem *[margin: si est materia ledens et expone cum eis que dicemus tamen]*
Secunda est regimen cibi et potus et aliorum
emendancium malicia complexionis generancium
humores laudabiles · Tercia est administracio
medicinarum casum eorum prohibencium: Et ex
eis est medicamen galieni valens ad casum
capillorum et initium caluicij *[margin: vnctio]* Et modus
operacionis eius est Rx succi extremitatum
mirte humide et succi olmarum siluestrium
ana ℥ ij · ros siccarum ℥ ß absinthij rom
sici ℥ ij · bulliat hec omnia cum aceti lib. ß
usque ad consumpcionem medietatis eius · deinde
cola et infunde in eo calido laudani ℥ ij ·
et dimitte per ij dies · deinde tere et funde
super ipsum nunc oleum mirtinum · et alia vice
vinum stipticum donec in substanciam mellis redigatur
tur · deinde misce cum eis ramic ℥ ij · capil
lorum ve · ℥ iiij · ß · in puluere reductis · ultimo
vero aromatiza cum gallie · ℥ i ß · iiij · et
unge locum postquam fricaueris ipsum cum panno
aspero et postquam mixeris per dies tres laue
deinde redi ad vngendum usque dum appa
reat sanitas Vnctio Alia ex mea in *[margin: vnctio expertum]*
uencione prohibens casum capillorum Rx cor
ticum carne ustarum et corticum auellanarum
ustarum granorum mirti ana ℥ iiij · absinthij
gallarum ana ℥ ij · confice post trituracionem eorum
cum oleo mirte et vnge expertum Ma
hemet filius zacharie ad capillorum casum *[margin: expertum]*
et inicium caluiciei expertum Rx capillis

veneris florū mirti om̄ assatorū ut pos-
sunt teri et corticū pini et olibani ana
pulveriza et accipe laudani ꝑtes . ij . mir-
re ꝑtem . j . et cū vino veteri et cū oleo ď
semine lini rapham tere deinde cetera cū eis
misce et epithimet᷑ in nocte cū vino ⁊ la-
vet᷑ in mane cū aqua decoctionis capil
lorū veneris et sicle et foliorū mirti et as-
siduetur medicamē hoc quoniam sanat | Ali-
ud ad idem emblia et folia mirti et ca-
pill veneris et gallie coquent᷑ in aqua usque
dū turbida fiat . postea cū tantidem olei on
fancini coquatur ad aque consumptionem ď
inde adde oleo quod remansit laudani ℥ . xij
masticis ℥ . viij . et fac coqui cū vino dein
tere donec impinguet᷑ et misce cū eis . [illegible]
rach ℥ . iij . et liniat᷑ cū eis radices capil
lorum | Dixit archigenis ℞ generoris
sumpti laudani absinthij capill veneris
ana ꝑminsce omnia cū vino et oleo mirtino
et dimitte diebus vj . deinde coque ea us-
que ad virium consumptionem et cola et unge capud
post fricationem eius . deinde lava sicut diximus

Ra summa ē de mediis egritudinibus accidentibus capitis scilicet in allopicia

Cura huius egritudinis sunt in quatuor-
res . Prima est mundificatio
capitis ab humore sub cuius malicia esse vi-
detur sicut diximus iam | Secunda est ut ade-
quacio fiat in corpore et in huius occupa-
tione convertē regimen ad ea que laudabi-
lium materierū elementa sunt . et hoc est regi-
men laudabile in generibus rerū sex . Ter-
cia est occupari circa id quod factū est ď ma-
licia in cute . Quarta est ad generacio-
nem capillorū auxiliari | De prima dixe-
mus post . De 2ª ꝑtermittim⁹ quia non est
ꝑsentis inquisicionis . de tercia et quarta loquemur
nunc | Si alopicia de humore fuerit flatico
fiat linimentū de inuencione nostra quod ℞ alki-
tran euforbij rute montane baccarū lauri
ana ℥ . iij . sulphuris vivi ellebori albi ana ℥ .
j . ß . tere que terenda sunt et misce cū oleo
laurino et oleo antiquo quantū oportet .
ut habeat mediocritatem inter spissū ⁊ tenue
et line cū eo sup locū postquam fricaveris
locum cū cepe muris aut alleis fricatore
acquirete rubedinē in loco | Inquit In-
deus linimentū ad alopiciam expertum .
℞ euforbij spume maris fimi columbini
ana ℥ . j . ellebori al . seminis rute montane .
corticū avellanarū et castanearū nasturcij
cū spice casie ana ℥ ß . amigdal' amararū
combustarū cū corticibus suis ℥ . j . cum vi-
no cocto et oleo rapham aut laurino

aut rosato fac ungentū et caput unge
et dimittas tota nocte . deinde lavabis a-
qua ubi cocte fuerint fabe et sicle et
hoc fiat sine intermissione donec sanet᷑
et hec omnia fiant postquam fricacionē fece-
ris in loco deinde fricaveris cū cepe mu-
ris aut alleis aut cepe acuto | Ruf-
fus Confectio epithimatis ad allopiciam
℞ euforbij rute motane bauracii sinap
arthemisie ana ꝑtes equales confice cum
aqua cepe squille aut cū aqua cepe a-
cute et epithimetur cū eo post fricatio-
nem rubificatem | Alij confectio epithi-
matis ad alopiciam experti ℞ euforbij rute
motane baurach ana ℥ . iiij . nigelle combus-
te ℥ . j . seminis harmel combusti amigdalarū
amararū combustarū cū corticibus suis .
ana ℥ . iij . corticū arboris fici et foliorū eius
spume maris combuste ℥ . ij . confice cū expressio-
ne squille et epithimet᷑ cū eo diebus . x .
donec rubeat locus et vesicet᷑ . deinde
epithimet᷑ sup ipm . aristologie rotunde
et laudanū et absinthiū et sisimbrium
et licini ana cū aqua solatri | Filius
Zacharie epithima ad alopiciam mirabi-
le ℞ spume maris ℥ . x . baurach sulfu-
ris quod non invenit ignis euforbij ana ℥ .
ij . gummi rute agrestis stafisagre tantan-
darum ana ℥ . j . confice cū fece olei antiqui ⁊
lini ex eo cum cepe antiquo . donec locus
rubeat et cū mordicat et ampulle ap-
paruerint unge ꝑ aliquos dies cū adipe
anatis aut ursi . aut cū ungto de corusa
deinde redi ad ungedū | Si autē alo-
picia ex humore fuerit colico fiat linime-
tū de scripcione indei quod ℞ spume maris
amigdal' amarū combustarū . radicū canne com-
buste corticū avellanarū combustarū stor-
cois muris cū adipe anatis fiat linime-
tum post fricacionē tamē loci cū spuma
maris et pano aspero | Ultima debet
esse intencio occupari ad capillorū generacio-
nem et ut curetur calvicium ℞ carniū
limaciarū et sanguisugarū et apum ⁊
vesparū et salis tosti . ana ꝑtes equales
pone in vase vitreato habete foramina
multa in fundo eius sicut cribratorum
et pone sub eo vas vitreū et manabit
post diem et diem humiditas que consume-
tur in vase et quādo oportet fricet᷑ sup
locū calvū postquam fricaveris ipm vehe-
menter cum pano aspero | Filius Za-
charie linimentū sanans calvicium ⁊ gene-
rans pilos in barba aut supciliis ℞
cere ℥ . v . olei de kerui ℥ . ij . ß . laudani

Filagrius innectiunt fricenus nasci in pellos ubi est et sanans calvicium

Unctio

Unctio est cum ...

Ab humore flatico linimentum

linimentum expertum

gume

landani ℥ viij euforbij rute agrestis tantaridarum ana ℥ iij seminum citragulo rum combustorum vesparum sine apum ana ℥ ij storacis liquide mirre ana ℥ ij ß fiat linimentum et liniatur ex eo in nocte et lavetur in mane et hoc fiat post loci fricationem vehementem Cum autem pili nasci inci piunt sepe radantur ut ingrossentur et fortes fiant et prope quando exiles nascun tur sicut lanugines | Ad idem eiusdem valens similiter Recipe Cineris aprotani ℥ x ventrium tantaridarum ℥ ij landani ℥ iiij avellanarum combustarum ℥ ij terantur cum oleo petri et aromatizetur cum aliquantulo gal lie et ungatur in nocte et abluatur in ma ne post fricationem et postquam nesicaverit dimittatur die uno aut duobus deinde iteretur quia sanat | Aliud valens similiter Recipe olei de been ℥ j tantaridarum quarum abscisa sunt capita et ale ℥ iij terantur sufficienter et misceantur cum oleo et coquantur in ollula vitreata sufficienter agitando omni hora cum spatula et cum cocta fuerit deponatur ab igne et cum modico musci aut ambre aromatizetur est enim expertum et prope in unctum post fricationem loci ut diximus

De furfuribus

Si ex frigido fiant humore Recipe fellis tauri vel caprini et bau rach equaliter temperata cum succo sicle et oleo yrino et line in sero et in ma ne lana cum aqua decoctionis pinorum lupino rum et fenugreci assi | Si ex calido sit humore confert medicamen istud mirabol citrinorum ℥ x cum succo sicle et solatri et ace to distempera et line cum eo deinde lana cum aqua furfuris et lupinorum et mirre

De sahafati

Cura huius egritudinis est in quatuor res sicut distinguimus in alo picia | filius zacharie Confectio epi thimatis ad safati recente que accidit in corporibus teneris Recipe alkanne de meha amigdalarum amararum combustarum aut ustarum cum corticibus stercoris muris venarum celidonie coriandri sicci scorie argenti ve narum tinctorum turture aristologie cor ticum granatorum merdasengi ana partes equales confice cum aceto et oleo rosarum et line post fri cationem | Galienus dixit se curasse quendam et multos alios hoc linimento tartaro com bustas tere et distempera cum aceto et oleo mirtis et line post fricationem super locum Et nos quando experti sumus aput necessita tem | Democritus linimentum conferens

sahaphati Recipe tartarum combustarum calcis lo ti argenti vivi ana ℥ j confice cum aceto et oleo mirtinum et line cum eo post fricationem loci suf ficientem cum panno aspero | Alexander lini mentum sanans sahaphati antiqua in corpo ribus duris Recipe bubey stercoris muris capi tum aranearum combustarum cultotar adusti venarum celidonie salis adusti gallarum sul phuris vivi curcume litargiri aristolo gie cubebe excellentes ana partem j tartarum com bustarum ß cineris alkerua sarcocolle ana partem ß argenti vivi partem j ß amigdalarum combustarum amararum partem iij confice cum aceto vini et oleo antiquo et administra post fricationem cum cepe acuto aut squilla Expertum est et ve rax deinde cum aqua usnen et foliorum ulmi et radicum malvarum | Aliud de inventione nostra litargiri cantimie utriusque calcis vive ana ℥ j tartarum combustarum olibani tar tari combusti ana ℥ ß sief memite gallarum combustarum ana ℥ iiij argenti vivi ℥ vj ace ti et olei mirtini rosarum quantum sufficiat usque dum acetum sit consumptum deinde argentum vivum sic conterendo cum eis misce et utere sic aliis

Capitulum de melancolicis egritudinibus cerebri

Intentio in curatione huius egritu dinis si sit complexionalis non habens materiam est alterare et sedare tantum Et si est cum materia circa alterum duorum occu pabimur vel utrumque et si est solutio continuitatis alijs ab hijs utemur sic dicemus in suis capit tulis. Et si est ab aggregatione omnium tunc to tum cure genus est necessarium sicut in zoda que est ubi gratia ab apostemate et inquit haly si sub pluriorum humorum dominio caput positum est a sedatibus incipere non oportet nec debes et raro ab eis nisi apud veheme ntiam doloris | Galienus raro ab absisione cau se incipere debemus nisi sit zoda sanguinea aut subtilis acuta sed ab eo quod materiam adaptat ad abscindendum Si enim sangui nea fuerit aut humores peccant in sanguine a flebotomia prius incipiemus | Et si zoda vehementer fuerit pulsativa a flebotomia simi liter incipiemus | Si autem ab alterius humore pec cato prius ipsum digerimus deinde abscindimus Digestionem itaque faciunt in materia calida syrupus acetosus et aqua ordei et de lupulis et fu mitere et alteraco et similia | Et in fri gida quando flatica digestionem faciunt oximel et oximel squilliticum alhasce et ysopus et spica et similia Si autem fuerit melancolica in digestione eius regimen erit duplex ex una scilicet parte ex eis que lenificant et humectant et habilitant duritie corporis et siccitatem

linimentum

Linimentum expertum

Linimentum

et sunt absisio cause et sedatio doloris aut utriusque

Digestiva materie calide
et aqua buglosse decoctio et sil et syrupus rosarum et violarum de ...

terrestreitatis ipsius. Et ex aliis cum eis que
resolvunt et incidunt et subtiliant resolutione
et in ascione non perducente ad lapideitatem
et proprie cum rebus operantibus cum medio
critate et temperie. Et semper ponimus
in consuetudine in hoc dupplici regimine ut
cadat equalis digestio et maturatio in
materia et non abscindat subtile et rema
neat grossum. Elicimus autem ad dissolutionem
materiarum sive calidarum sive frigidarum
ex unctionibus et epithimatibus et emplastris
et embrocationibus et aliis que conveniunt
sicut in sequentia distinguemus. Et incipiemus expri
mere ea secundum testimonium exigentis cause. Et
quia canon est quod in zoda calida ab alte
rantibus incipere debemus sive sint emplastra sive
in unctiones ut reprimatur excessus eius et
prohibeatur adventus notum aliter eius adip
sum quantum possibile est nisi in quatuor ca
sibus. Primus est in zoda calida que fit
in febribus et propter materialibus. Usus
tamen frigidorum epithimatum et repercussivorum
multiplicat eam non enim permittit vapores
exire. Sed attractio aceti et aque rosarum aut
violarum per nares vehementiam eius sanat.
Secundus vero est quando fit zoda per vapores acu
tos qui perveniunt ad caput ex commixta
te totius corporis aut membri alicuius et
iam caput recipit eos et tunc facit ut fiat
eorum divisio ad oppositum et divisio ex una
parte et ex alia receptorum resolutio sedat
eam. Tertius quando zoda fit a nocumento
quod infert a multitudine et tunc evacu
atio sedat eam. Quartus est quando zoda
fit a multitudine vaporum existentium in ca
pite et partem coitute corporis aut alterius
membri et tunc resolutivorum ad mixtratio
cum facilitate et particulari evacuatione ea
sedat. Alius autem Canon est quod emplastra
et linimenta alterantia non sunt expolianda
ab aliqua trium virtutum. Prima est competentia
eius in gradu alterationis. 2a est ut custod
iuvet virtutem ut non recipiet superfluita
tes. 3a est ut confortet membra cui appli
catur proprietate sua. Et incipiemus reme
morari de eis primo que caput et cerebrum
mundificant. Et incipiemus de mundificantibus
materias calidas et confert zode et egritudi
bus calidis. Et nota quod omnis materia
potest tribus modis minui et dico quod omnis
materia sive calida sive frigida secundum tres mo
dos recipit diminutionem. Aut enim per eva
cuationes sensibiles et occultas aut per divi
sionem eius a parte nobili ad ignobilem aut
per utrumque. Evacuationes autem occultas

Canon

Canon

membri

[illegible]

naturam regulant evacuationes per sensibiles
eadem similiter. Et quinque per se et quinque adiuta
a rebus exterioribus operatione artificis.
Et hoc secundum duos modos aut universaliter aut
particulariter. Voco autem hoc universalem
purgationem que materiam evacuat cum ac
cidit acuitate totius multiplicato a plurim
orum aut famosorum aut illorum que sunt sic
inventa illius sicut epar et cistis tole et sto
machus flatis splen melancolie. Et voco
particularem purgationem que excepte membri
illius in quo materia exuberat evacuat et
emunctiones eius sicut quando per palatum et na
res et aures et oculos materie cerebri pur
gantur. Et quod canon est particularem
universali preponere debere nisi in quatuor ca
sibus. Aut quia materia in quantitate non
multum exuberat quantum sufficit aptibus e
munctoriorum illius membri addunt in quo est
egritudo. Aut quia membrum dans non est
forte in dando nec membrum recipiens in reci
piendo. Aut quia membrum non recipit a mem
bris commutationem eius. Aut quia corpus
et alia membra non sunt posita sub domi
nio materiei facientis egritudinem in illo mem
bro. Diversiones autem materiei a parte
nobili ad partem ignobilem fieri debere osten
dimus per fricationes extremitatum et com
pressiones et ligaturas earum dolorosas
et cum ventosis et aliis. Res autem que ha
bent intentionem utriusque sunt clisteria et
suppositoria et omnia que similiter ad longin
quam diversitatem attrahunt et evacuant.
Et nos de omnibus loquemur et primo de eva
cuationibus ab artificio si deus voluit.

De zoda calida

Zode calide primo medicinas distinguimus. Et
sanguinee quod flomiam necessarium
esse diximus. Deinde sedantia que diximus.
Colice vero curam agredientes incipien
tes a simplicioribus et debilioribus ad
maiora et fortiora procedentes. Inunctio
ad zodam calidam sive sit sanguinea sive
colerica sive complexionalis sive materialis.
Oleum rosarum et acetum album cum modico aque
rosarum dum agitetur et conducetur donec impin
guescant deinde infrigidetur super nivem
et exeo caput liniatur est enim expertum. Si
autem cum zoda insompnietas fuerit opii
parum adde aut papaveris succum cum cort
ice. Inquit Alexander. Accipe ex ceroto
gal. ccc 3 ii et lava illud lavatio
nibus pluribus cum succo solatri et semper vive
et lactuce et endivie et succo citrulli
et succo uve acerbe et lime et suppone.

folia salicu et mirabeis effectu eius "Li
nimetu forte ad sodam calida pulsatiuaz
oleu ros et viol cu pauco aceto et agres
te succo et modico camphore diu rotun
de donec pinguescat et capite supponatur
est enim efficax | Filius sapionis Em
brocha conferens sode calide. Viol ros foli
a nenufar ordeu excorticatu folia sali
cis et maluaz in aqua coquatur que per
canula urceoli capiti ex alto fundatur
si cataracu non timueris Si aut uirtutem
resoluendi volueris camomilla addes " Et
si sedatiui et sopni pronocatiuu quesieris
corticu papaueris et lactuce adde " Fi
lius zacharie Modus alius embroce con
ferentis ad soda calida cu qua sunt
vigilie et permixtiones Rx viol citracu
ordei excorticati se. cuc. aut corticuz
eius seminis lini psillium corticu papaueris
seminis altee seminis lactuce se. portulace
ros decoquatur in aqua usque ad consumptio
nem quarte partis. Deinde fac embrocationes
sicut diximus. Et similiter ea manus et pe
des faciei lauetur | Modus embro
cationis alius resoluens et sedans so
dam calida cum qua sunt vigilie Accip
folia maluarum aut radicum aut semina
earu aut omnia simul. et ordeu excortica
tum. et ros et viol et folia salicis et folia
cucume. aut radicu eius aut semina ipsius
et mellilotu de omnibus ana partem .i. florum
camomille quantum de omnibus coquatur
omnia in aqua et fiat embrocatio sicut
diximus | Epithima sedans soda ca
lida semina psilium separatim sine contusi
cum aceto conquassata et super caput posi
ta valent | Modus emplastri alius ad
idem Accipe camomille floruz farina
ordei radicum altee. seminis lini corticu papa
ueris ros viol nenufar tere cu oleo ros a
viol. aut nenufarino permisce et ex eo
super caput fac emplastrum | Dyascorides
succus extremitatis uitis in primis cu fari
na ordei distempera et oleo ros et line
ex eo super caput expertum est | Modus em
plastri alius ad idem quod resoluit cu fa
cilitate residuum sode calide Rx ungue pasto
ris sansucer balsamite se. et radicis mal
uarum et foliorum et viol et hasel et ordei
mundi ana partem .i. ros partem .i. ß. camomille
partes .ij. fiat emplastrum cu eis. Vel fiat em
brocatio cum aqua decoctionis earum
| Mesue emplastrum sedans sodam cali
dam pulsatiuam et emigraneaz calidam
Accipe farine ordei sandal. teriu succi mente

ros sansel boli armeni acacie aloes se.
lactuce camphore desmugul partes equales confice
cu mucillagine psilij aut cu succo portu
lace aut lactuce et epithimetur cu eo | Ga
briel suffumigium valens ad soda calida Accipe
sandal. cit. et in alijs macasiti sansel ros
ana ℨ .ij. et ß. camphore ℨ .i. tertia spice ℨ ß.
ponatur in vase vitreo stricti orificij cum
aqua ros quantu sufficit et obturetur
orificium eius et dimittatur ut buliat in
cinere calido. deinde depuretur et recipiatur
fumus eius est enim expertum Et si ex eo super
tympora aspergatur aut lauetur ex eo facies
et lauetur confert. Si aut vigilias patitur
cortic. papaueris cu eis misce et adde et opij
ℨ .iij. et plus et minus sicut necessitas urget
| Aliud suffumigium eiusdem resolues residu
um sode calide Accipe ros sandali macasiti
lingua. ana ℨ .ij. floru camomille ℨ .iiij.
Aque ros quantu sufficit fac sicut primu no
bile est et expertum Et sunt qui ponunt ca
momillam pondus omnium et sunt qui addunt
mellis melliloti | Caputpurgia fiant cu
oleo ros et viol et nenufarino cu pauca
camphora. aut cu oleo de semine cucur. dul
cis aut oleo de salicibus | Aliud filij
zacharie valens ad dolorem capitis calidum
et emigranea calidam et dolore auris Rx
opij. camphore ana partes equales fiant col
liria sicut lentes et dissoluatur unum aut
duo in oleo viol et oleo de cucurb. et distil
letur in nasu et in aurem. et est verax | Ad
idem filij sapionis valens ad soda calida
subtilem Rx spodij ℨ .ij. opij ℨ .i. croci ℨ ß.
confice cu aqua in modu pillarum paruarum et
ad instructur cu lacte mulieris aut oleo
viol. aut oleo de se. cucurb. Deinde post omnia
fac caputpurgium cu lacte mulieris et ali
quo ex oleis | Judeus odoret oleu ros cu
aceto conquassatu in positu vase vitreo et
confert sode calide vehementi | Aliud a
aren expertu efficax ad soda calida et emi
graneam et dolorem auris Rx succi memi
te sansel seminis iusquiami se. lactuce rosarum
sandal. opij radicis mandragore ana fiat
ex eis succus et fiicetur ex eo super cute cu oleo
ros aut viol cu pauco aceto et distilletur
in nasum et aurem et prope loci doloris
| Incipiamus ponere euacuatoria conferentia
ad sodam cuius materia est colera citrina. Et
incipiamus a lenioribus sicut consueuimus proce
dentes ad maiora. Purgemus ergo in pri
mis cu aqua fructuum Rx pruna xx .iiij.
tamarindorum ℨ .ij. ß. medulle cassiefistule
ℨ .iiij. mirabolanorum citrinorum ℨ .i. et ß. comminuetur

Suffumigium expertum

Aliud expertum

Ad dolorem auris

Expertum

Aqua fructuum

